de deci.ſuggeſtum.ff.de vul.ſub.l.ex facto.Nam papa in pre-
iudicium eccleſie a principio nõ cõcederet.vt.l.quoties.C.de p̄
ci.impera.offe.ergo nec conceſſuꝫ durat ſi deuenit ad euꝫ ca-
ſum:a quo non poſſet incipere.vt.l.vranninus.§.ſed cũ duo.ď
fideiuſ.et hoc tenet hic egi.ſ.ꝙ ſi tempore indulgentie eccleſia
a patiebatur defectum miniſtroꝝ a nõ valuit a principio in e- — ℂ Defectũ miniſtrorũ. Adde Ro. conſi. dxvj. ꝛ panormi. hic.
normi preiudicium diuini cultus.de conſti.ex parte.Intelli-
ge igitur hunc textum quando a principio indulgentie eccle-
ſia non patiebatur defectum:vel ſi patiebatur fuit expreſſum
4 in indulgentia.ℂ Quarto not.ſin gloſ.ꝙ licentia data ali-
cui per prelatum ſuper abſentia expirat per mortẽ prelati.alle
gat ad hoc Joan.and.ff.de pen.l.fin.et not.de intellectu iſti-
us verbi licentia:an expiret morte de verbo beneplacito et ſi.
dic vt.c.ſi gratioſe.de reſcrip.lib.vj.ꝛ.l.centeſimis.§.fin.de v-
bo.obliga.per bartol.ℂ Quinto nota.ꝙ legatus renũtiauit
iſtos abſentes ad reſidentiam contra ap̄licam indulgentiã qđ
intellige iure legationis:vel de ſpeciali licentia pape ꝛ vide cir
ca hoc quod not.Joan.and.de elec.cum ex eo.lib.vj.in gloſſ.
not.in ſeptennio.et archi.xv.q.ij.deceſſorum.ℂ Sexto nota.
5 ꝙ aſſiſij debent facere reſidentiam:et qui ſunt iſti.dic.vt in

gloſſ.et vide dicitur.expone vt hic in nouella qui iocoſe loq
tur.ℂ Oppo.glo.ſi.et videtur ꝙ iſti non redeuntes patiãtur — Opponit contrarium.
penam ꝑpetue priuationis.So.vt in ea que vult ꝙ creſcẽte cõ
tumacia poſſint priuari:et cõtradicere videtur in glo.ij.vbi in
telligas de priuilegiatis a p̄deceſſoribus:nõ a papa.illos enim
priuare non poteſt ex quo ſpecialiter nõ committit ſi alias de
6 linquerẽt poſſet illos priuare.ſecũdum Ho.Ultimo not quid
erit de fructibus abſentium a beneficijs minus iuſte.ſunt enꝫ
in vtilitatem eccleſie conuertẽdi.vide ꝙ no.in cle.ij.de vi.ꝛ ho.
cle.ſuper verbo ſuſpenſus.ibi de fructibꝰ quotidianis diſtribu
tionibus abſentiuꝫ quid fiendum.

1 ℂ Clericus non reſidẽs ſi monitus iuſta cauſa ceſſante nõ
redeat priuatur beneficio.
2 Clericus habens beneficium quod reqrit reſidentiam non po
teſt morandi cã ad aliam dioceſim ſe transferre.
3 Beneficia an ſint aliqua que reſidentiam non requirant.
4 Intitulati etiam in ſimplicibus bñficijs habẽt locum in electi-
onibus.ꝛ cõmunibus tractibus niſi ſit contraria conſuetudo
5 Beneficia plura in caſu quis poteſt retinere.
6 Canonici ſi eligũt aliquẽ ad prebendã vacãtẽ q in aliena eccl'a
tenetur reſidere:ſi ille nõ vult dimittere p̄mũ bñficiũ qd iuris.
7 Epiſcopus et capitulum poſſunt creare canonicũ clericum ali
enum et alij eccleſie alligatum.

1 CLericos. Priuaꝛ beneficio clericus non
reſidens:ſi monitus iuſta cauſa
2 ceſſante non redeat.ℂ Nota primo ꝙ cleric⁹ habẽs
beneficium quod requirit reſidentiam:non poteſt
morandi cauſa ad aliam dioceſim ſe transferre.nec debet eum
ille recipere.ſ.c.fraternitati.ℂ Querũt hic Jo.an.et doct.hic
3 dicitur ꝙ reſidentiam requirãt quaſi aliqua ſint que reſidenti — Ponit queſtiones.
am non requirãt.quero an iſtud ſit verum.videtur ꝙ nõ.quia
qui non ſeruit altari:non debet viuere de altari.j.ti.j.cum ſm
a contrario ſenſu ꝛ propter officiuꝫ detur beneficium.vt.c.vlti
mo.de reſcrip.li.vj.Reſpon.dicit Ho.poſt Goff.ꝙ beneficia p
titulo aſſignata.etiam ſint vicarie:vel modice eſtimationis pu
ta.xx.ſed requirunt reſidentiam.vt dicto.c.ſanctorum.de offi
ui.ex parte.ſ.e.conquerẽte.et idem tenet Inno.ſecus in penſi
onibus vel ſtipẽdijs aſſignatis aliquibus quaſi bene meritis
xvi.q.j.poſſeſſiones.et.q.vi.illud.vel cauſa pietatis.xxxij.diſt.
quia tua.vnde ſi debilitato ad ſuſtentationem confertur bene-
ficium percipiat etiã ſi nõ ſeruiat.nec poteſt conqueri eccleſia
de hoc ꝙ quidquid hꝫ deputatuꝫ eſt pietati.liiij.diſt.multos.
4 xij.q.ij.aurum cũ ſimi.ꝛ differunt iſti inter ſe.nam intitulati
etiam in ſimplicibus beneficijs habent vocem in electionibus
ꝛ communibus tractatibus niſi ſit contraria conſuetudo ſcđm
Inno.ſecus credo in predictis quibus intuitu pietatis vel vt
bene meritis dicta beneficia ſimplicia conferuntur.facit qđ no.
ſ.de conſti.cum.M.ferrari.ℂ De aſſiſijs an debeant reſide-
re ꝛ vocem habeant.dic vt.ſ.c.prox.ꝛ hec ſunt iura de iure cõi
ſed de conſuetudine:priuilegio ꝛ ſtatutis eccleſie poteſt ſuper
reſidentia facienda:vel non in ſimplicibus beneficijs aliter diſ
poni.vt.ſ.de conſti.cum omnis.ꝛ.ſ.c.ad audientiam.ꝛ.c.ex p
te.ꝛ hoc caſu non poteſt epiſcopus cogere beneficiatos tales
5 ad reſidentiam faciendam ar.vij.q.j.ꝙ frater.Item de talibꝰ
poteſt intelligi quod poteſt quis plura beneficia retinere.de ex
cep.appoſtolice.non ob.quod iſte non poteſt duabus eccleſijs
deſeruire.xxvi.diſt.acutius.quia omnes eccleſie ſunt vna.xxi.
diſt.cõuis.nam poteſt quis principaliter alteri etiam in abſen-
tia deſeruire.ff.de ope.li.l.antepe.tenet tamen Inn.in iſtis be
neficijs que non requirunt reſidentiam ex priuilegio conſuetu
dine.vel ſtatuto:qđ vbi ſubſit vtilitas vł neceſſitas eccleſie de
nouo ſuborta:potuerint cogi ad reſidentiam ſecundum eum.
6 argu.ſ.c.cum ad hoc.ℂ Querit etiam Joan.an.pone cano
nici eligunt vnum ad prebendã vacantem qui in alia eccleſia te
netur ratiõe beneficij reſidere.Itẽ in eccleſia vbi electus eſt te-
nentur canonici reſidere iſte electus nõ vult dimittere p̄bendã
ſed cum ea vult etiã ſc'daꝫ querit vtrũ poſſit.vł qđ nõ qꝛ diui-
ſus in duo nõ hꝫ ſui poteſtatẽ.ſ.de cle.cõiu.diuerſis fallacijs.ꝛ
dicto.c.acutius.ſo.diſtingue aut canonici elegerunt talẽ ſcien
ter aut ignorãter:ſi ſciẽter videnť tacite renũtiare p̄uilegio vel
ſtatuto:qđ habebãt de reſidẽtia.ſ.de cõſti.cũ acceſſiſſe.ꝛ.c.ſe.
epiſcopus tñ non cogitur confirmare vel inſtituere talẽ.quia
ſine eius auctoritate non potuerant canonici tollere ſtatutuꝫ
eccleſie vel conſuetudi.ſupra de conſuetudine.cum cõſuetudo.
poterit tamen confirmare ſi volet quo caſu habebit canonica-
tum ſine prebendam.nam licet epiſcopus et capitulum po-
terunt cum eo diſpenſare contra conſuetudinem et ſtatutum.

non tamen contra ius cōmune.quod vult vt prebenda non de-
beatur niſi illi qui ſeruit.xxi.q.i. per totum immo plus ſecun-
dum Hoſti.canonici poterunt venire contra factum ſuum.qđ
vergit in eccleſie preiudicium.j.ti.j.cum non ignores.multo er
go magis poterūt illum excludere:ſi tempore electionis igno
rabant eum alij eccleſie alligatum ſecundum eos. Tenent er-
7 go doc.hic.† q͏ epiſcopus ⁊ capitulum poſſunt creare cano-
nicum clericum alienum ⁊ alij eccleſie alligatū ad hoc.lxx.di.
ſanctorum.vbi dicitur quod ex diſpenſatione epiſcopi nō pōt
quis eſſe canonicus.⁊ prebendarius in pluribus eccleſijs. qua
ſi innuit q͏ canonicus vnius eccleſie poſſit habere canonicatū
in alia eccleſia non in prebenda.⁊ quare magis plures canoni-
catus q̄ plures prebendas.dic quod in pluralitate prebenda-
rum deprehenditur cupiditas ⁊ preiudicium plurimorū:non
ita in canonicatibus in quibus eccleſie non grauantur. immo
intereſt plura intereſſe in concilijs ⁊ tractatibus ſuis.vt.c.pru-
dentia.de offi.dele.cum ſi.Sed an in receptione in canonicū
requireretur authoritas ſui epiſcopi.videtur qđ ſic.ſ̄.c.frater-
nitati.lxi.diſt.per totū dic per Hoſt.de cle.peregri.c.i.℄ Ul
timo aduertendum ad varias conſuetudines ſuper reſidentia
facienda quedam enim exigit continuam reſidentiā.quedā tē-
poralem.quedā eſt q͏ non percipiat beneficium niſi reſideat.ſe
cundum primā eo ipſo quod recipit ſcđaȝ que ſimiliter reſiden
tiam requirit vacat prima.in ſecūda vbi eſt reſidētia tēporalis
recipiendo ſecūdaȝ non vacat prima.ſi vtrūq͏ facere poteſt.ſ.
per diuerſa ſtatuta tempora reſidere in vtraq͏.argu.ff.ad mu
ni.l.aſſumptio.§.iuris prudentibus.de reſcrip. dilectus. ij.in
tertio caſu non videtur renuntiare prime:cum cōſuetudo hoc
non habeat.quaſi ſatis ſit q͏ a beneficio abſtineat ſecundū In
no.Hoſti.in his remittit ad no.j.ti.j.ſuper.⁊ in ſumma huius
ti.§.i.⁊.ij.⁊ de prebē.§.ſi.ſub illo.§.illud remittendū.Iſta ſunt
dicta do.Io.an.hic clarius ⁊ ordinatius recitata.⁊c.

℄ De prebendis ⁊ dignitatibus. Rubrica.

℄ Dictū eſt ſupra de vita ⁊ ho.cle. Sȝ q͏ clerici ad hoc vt ho
neſte viuant.⁊ a negotijs ſecularium ſe abſtineant: debent ha-
bere prebendas ne in cleri opprobrium mēdicare cogantur iđ
⁊c.℄ Quid ſit prebenda nota.ſupra.de conſti.cum.M.ferrari
enſis.Quid ſit dignitas° no.ſ̄.ti.i.c.iij.⁊.j.e.de multa.p Io.
and.habetur de materia.xxi.q.i.⁊.ij.p totā.lxx.diſt.ſanctorū
xvi.q.vij.nullus repetitur in.vj.⁊ cle.⁊ cōuenit dictū.c.cū.M.
⁊.c.cum omnes.⁊ de reſcrip.cum adeo.⁊.c.conſtitutus.de elec.
dudum.de eta.⁊ quali.cum te.⁊.c.accipimus.de ſciſma.c.j.⁊.ij.
de cle.ex.in.poſtulaſti.⁊.c.ſe.⁊ lib.vj.in multis locis.

8 ℄ Quid ſit dignitas vide panor. i. c. de multa j.eo. domi nos de rota deciſi. cxx iij. incip. de theſauraria in nouis.

1 ☞ Succeſſio hereditaria non hȝ locū in bonis eccleſiarum.
2 Clerus ⁊ populus ſunt diuerſa.
3 Clerici an itelligant appellatiōe ppl̄i. Et an in fauorib°. nu.4.
5 Beneficia ⁊ dignitates eccleſiaſtice nō tranſeunt ad heredes.
6 Ius patronatus tranſit ad heredes.

1 **Ut nullus.** † Nota quod in bonis
eccleſiarum nō hȝ locū
hereditaria ſucceſſio.ſit ratio q͏ prelati ſunt
adminiſtratores ⁊ officiales:non dñi:vt in.c.
ij.de dona.ſed officia ⁊ adminiſtationes non
trāſeunt ad heredes.vt.l.i.⁊.cuius. ff.đ cura.
furio.℄ Secundo not.q͏ dicit de clero. ſiue
2 populo † q͏ clerus ⁊ populus ſunt diuerſa.ad hoc.j.de ſen.ex.
3 ſi ſententia.lib.vj.† licet ergo appellatione populi includant
patricij:nobiles:⁊ plebei:vt inſti. de iure na.§. plebiſcitū.non
tamen clerici quia duo ſunt genera chriſtianorum. xij.q. ij.
4 duo.℄ † Utrum ergo contineantur in priuilegijs ⁊ fauorib°
puta conceſſum eſt omnibus venetis priuilegiū per papam:
vel populo venetiarū:an clerici gaudebunt iſto priuilegio.dic
5 vt.ſ̄.de foro cōpe.delicti.conclude ergo.† q͏ beneficia ⁊ digni
tates eccleſiaſtice.nō tranſeunt ad heredes:ſicut alia bona pri
6 uata.℄ † Quid ergo de iure patronatus quod eſt compoſitū
ſiue miſtum.q͏ participat de temporalitate ⁊ ſpiritualitate dic
quod tranſit.j.de iure patro.c.j.⁊.xvij.q.vij.filijs.Regna vero
an deferantur iure ſucceſſionis dic vt no.ſ̄.de elec.venerabilis
⁊.viij.q.i.moyſes quedam ſunt etiam iura que tranſeunt ad fi-
lios ⁊ non ad extraneos heredes vt.l.iureiur.de ope.liber.per
Bar.⁊.l.liberti libertęq͏. de bo.li.C.

1 ☞ Ordinari nemo debet ſine titulo.
2 Alimonia verbum quid importet.
3 Epiſcopus etiā minores ordines nō debent conferre ſine titu.

1 **Neu liceat.** Not.† primo q͏ non debet
aliquis ordinari ſine titulo
ſicut nec fundari eccleſia ſine dote pro duobus ad
minus.de cōſe.di.j.nemo.ſpiritualia enī nō ſunt
ſine temporalib° conferēda q͏ debilia ſunt.i.q.iij.
ſi quis obiecerit. officium enim ⁊ beneficium ſunt connexa.vñ
vno collato ſine reliquo.eſt diuidere vnitatem ⁊ indiuiduū.qđ
2 eſſe non debet.℄ Scđo not.† q͏ verbum alimonia importat.
q͏ quis viuere poſſit.ſimiliter ⁊ appellatione alimētorū vnde
veniēt lecti:domus:medicine.⁊ ſi.vt.ff.de ali.⁊ ci.le.l.legatis.⁊
3 l.verbo victus.de verbo.ſi. ℄ Tertio innuit litera. † q͏ etiam
minores ordines non dȝ conferre ſine titulo diȝ dicit clericos
nam appellatione clericorum in minoribus:⁊ maioribus ordi-
nibus continentur.vt dicit glo.que ſubdit q͏ eccleſia non con-
ſueuit cogere ordinantes.niſi pro conſtitutis in ſacris. alij enī
a ſtatu clericali recedere poſſunt.j.de elec.cum ex eo.li.vi.⁊ vi-
de qđ no.lxx.diſt.§.j.℄ Quarto not.q͏ ideo cogit epiſcopum
vt habeat ordinatus vnde viuere poſſit. Si ergo ordinati ha-
bent hoc a ſe:non tenet̄ ꝑlatus ſm hoſt.de hoc.j.c.epiſcopus.

1 ☞ Commune quod eſt non eſt ſingulorum.
2 Poſſeſſio prebende non dicitur vacare per mortem canonici.

1 **Ratio.** Nota † primo q͏ qđ eſt commune nō
eſt ſingulorū nec dȝ ſingulorū vſib° ap
plicari.concor.xij. q.i. q manumittit. ⁊ hinc eſt q͏
ſinguli de eccleſia poſſunt ꝑ eccleſia ferre teſtimo
niuȝ.q͏ nō in re propria:ſed cōmuni. vt vniuerſitate facit quod
no.ff.quo cuiuſq͏.vni.no.l.ſicut.⁊ plures bonas differētias in
ter ius qđ eſt commune pluribus vt vniuerſitati ⁊ vt ſingulis.
vide per Io.an.j.de iure patro.c.quoniam.⁊ ad idem.ſ̄.de cō
ſtitu.cum omnes.nullus enim debet dicere propriuȝ:quod eſt
commune.xvi.q.i.c.ſi.⁊.C.de aque duc.l.diligenter.libro. xi.et
loquitur iſtud.c.cum aliquod eſt commune:vt vniuerſitati.ſi-
ue vt collegio ſi autem eſt commune vt ſingulis.an quod com
mune eſt:meum ſit.dic vt.l.ſerui electione.§.j.ff. de legat.j.§.j.
vbi Barto.diſtinguit quod aut eſt commune pluribus:vt vni
uerſis.⁊ quod commune eſt meum non eſt.vt dicto capitu.qui
manumittitur.⁊.l.in tantum.cum limitatiōe no.in dicta.l.ſicut
aut eſt commune pluribus vt ſingulis:⁊ tunc aut queritur.an
ſit meum quo ad diſpoſitionem partis mee.⁊ dico quod ſic.vt
l.ij.de condi.inſti.⁊.l.j.C.qui te.face.poſ.aut quo ad diſpoſitio
nem partis ſocij:⁊ tunc non eſt meū.vt.l.falſo.C.de cōmuni re
rum ali.aut quo ad diſpoſitionē ſuper toto:⁊ tūc aut reſerat
ad hec diſtinata.⁊ dicitur meum.ff.communi di.l. edes.aut nō
erat diſtinata ad hoc:⁊ nō dicit̄ meū.vt.l.ſabi.ff.cōmuni diui.
fallit in multis caſibus quos ipſe enumerat in dicto.§.j.℄ Op
po.quia bona eccleſiarū diuiduntur per prebendas.ergo ſin-
gulorum vſibus applicitur contra iſtud.c.ſo.illa diuiſio non
2 facit eccleſiam deſinere poſſidere.† vnde per mortem canonici
non dicitur vacare poſſeſſio prebende:ſed per eccleſiam poſſi-
detur:facit quod not.ſ̄.de proba.ex literis.⁊ de cau.poſ.⁊ p-
prie.cum ſuper.

1 ☞ Epiſcopus non debet aliquem promouere ſine titulo.
2 Ordinans aliquem ſine titulo tenetur ſibi prouidere de ſuo ſi
ue per alium ordinauerit.Et an teneatur ad medicinas.nu.5.
3 Epiſcop° an poſſit ordinare ſubditū ad titulū ſui patrimonij
4 Clericus habens ſufficiens patrimonium an teneatur de eo vi
uere vel poſſit viuere de redditibus eccleſie.

Epiſcopus. Qui ordinauit ad ſacros ſi
ne titulo non habentē de
ſuo vñ viuat ⁊ de ſuo prouidere tenet̄ donec aliquē
ti.fuerit aſſecut° prior dictū ⁊ eius exceptū.ibi:niſi.
1 ℄ No.† primo quod ſine titulo non debet epiſco
pus aliquem promouere.⁊ expone titulum.i.beneficium.acci-
pitur enim titulus multis modis.ſ̄.de elec.dudum. ℄ Secun
2 do no.† q͏ ordinans aliquem ſine titulo:tenetur ſibi prouide-
re de ſuo ſiue per ſe.ſiue per alium ordinauerit.vt.j.c.ſi epiſco-
pus cui lib.vi.⁊ ſi ignorant aſſignent qđ non poſſunt tenentur
aliud aſſignare.j.c.inter cetera. ℄ Tertio not.qđ ita demum
ad predicta vite neceſſaria teneatur epiſcopus ordinato ſine ti-
tulo:ſi non habet de patrimonio ſuo alias in dubio preſumi-
tur ordinat° ad ti.ſui ꝑrimonij etiā ſi h̄ nō exprimat̄. j.c.ſi ep̄s.
3 lib.vi.in.iiij.gl.† vtrū aūt ep̄s ſubditū alienū poſſit ordinare
ad ti.ſui patrimonij.dicit Io.an.q͏ non q͏ licet ei conferre or-
dines ſicut nec alia ſacramēta lxxi.di.primatus.de tēp.or.c.nul
lus libro.vj.℄ Quarto no.quod clerici appellantur milites.j.
ti.j.c.j

ti. l. c. i. ¶ Querit Jo. and. nunquid clericus habens ſufficiens
patrimonium teneatur de eo viuere: vel poſſit viuere de red-
ditibus eccle. videtur qꝺ de ſuis. i. q. ij. clericos. Joã. an. tenet
poſt Inno. qꝺ bona patrimonialia poſſunt ſeruare heredib⁹:
⁊ bona eccleſiarum expendere. xij. q. iiij. c. i. vbi de hoc nõ ob.
c. clericos. ibi enim ſolum prohibet bona patrimonalia theſauri
zare: ⁊ bona eccleſiaruꝫ expendere. vel intelligitur de illo qui
non ſeruit eccleſie: ⁊ percipit beneficium augẽs patrimoniuꝫ.
ſm hoſti. qui remittit ad nota. de teſtis. cũ nos. de reſcrip. po
ſtulaſti. ⁊ per Inno. ne prela. vi. ſuas. c. iij. ¶ Querit glo. dici-
tur hic. ꝙ epiſcopus debet dare vice neceſſaria. quero ꝗ erunt
iſta vice neceſſaria. dic. ꝙ penſatis illis que ponuntur in gloſ.
5 † Sed quero an tenebitur ad medicinas [a] remiſi ad barto. ſ.
6 c. ij. ⁊ hic diſtingue ꝙ quãdo alimenta alicui propter operas:
vt maritus qui vtitur operis ſm do. cal. ⁊ tunc impenſe medi
cinarum (ſi ſunt parue) debentur vt. l. diuortio. §. impediẽda.
ff. ſo. ma. ⁊ l. omnino. ⁊ l. ij. de impen. quandoꝗ alicui deben-
tur alimenta ex legato: ⁊ tunc medicine continẽtur. vij. q. i. c.
niſi ⁊ l. non omnis. de penu le. et eſt textus ſingularis in. c. ex
parte. de cela. miſ. ⁊ l. ſi cum dotis. §. ſi aũt in ſeuiſſimo. ff. ſolu.
ma. quandoꝗ debentur cibaria: vt debet poteſtas officialib⁹
ſuis: vel dominus familiari. ⁊ tunc tenetur ſolũ ad illa que per
tinent ad cibum infirmorũ. vt ad pullos ⁊ ſi. ſed ad medicinas
et ſyrupos que fiunt potius ad liberandũ ⁊ vacuandum cor-
pus: ꝙ ad aliud nutrimentũ: ⁊ ad ſalaria medicoꝝ: ⁊ non tenẽ-
tur. vt. l. diarijs. de ali. ⁊ ci. lega.

> a ¶ Ad medicinas Ad de bar. l. l. ſi cuꝫ doté. §. ſinaut in in ſeuiſſimo. ſ. ff. ſo. ma. l. l. legatis. l. j. q. ⁊ i. l. libertis. la. ij. §. j. ff. de ali. ⁊ ciba. legat. floria. l. l. ſicut ipendia ff. de vſufru. Ang. ⁊ alex. i. l. d. §. ſin autẽ. cum alijs cõcor. ibi ſignatꝫ.

1 ¶ Epiſcopi non debent permittere aliquem habere plu-
res eccleſias.
2 Ambitio reprobat: ⁊ quid ſit ambitio.
3 Vagatio ⁊ diſſolutio ꝓcedit a nimia abundãtia.

1 **De multa in tantum.** † Epiſcopi non permittant ali-
2 quem habere plures eccl'ias. h. d. ¶ Nota primo
† ꝙ ambitio reprobatur. et eſt ambitio aſpiratio
ad dignitatem procedens ad actũ. ambitioſus eñ nõ reſpicit.
vnde venerit: ſed quo tendit: nec ſibi tã iocundum eſt multos
poſt ſe videre: ꝙ grauem aliqueꝫ ante ſe ait Seneca. et repro-
batur ambitio non ſolum in eccleſiaſticis dignitatibus: ſꝫ etiã
in ſecularibus. vt. C. ad. l. iul. de ambi. per totum. ¶ Secundo
not. ꝙ precepit papa epiſcopis vt corrigãt. quia ad ipſos ſpe-
ctat cura oim eccleſiarum. x. q. i. regenda. non debẽt ergo ne-
gligere correctioneꝫ poſtꝙ papa hoc eis precipit. xiiij. q. i. qꝺ
3 precipitur. ¶ Tertio no. † ꝙ vagatio ⁊ diſſolutio procedit a
nimia abundantia. vnde philoſophus ex adipe procedit ini
quitas. ⁊ hoc clare ptꝫ. ꝙ tenere plures eccleſias eſt peccatum
dum dicit periculum animarũ. ¶ Querit glo. ſi quis hec plu-
res eccleſias ex diſpenſatione: an vocabitur ad capl'ꝫ vtriuſꝗ
tenet ꝙ ſic. quia ſicut in principali. ita in acceſſorijs videtur di
ſpenſatũ. facit quod no. vij. q. i. ſi quis in clero. niſi ſit cõſuetu-
do contraria dicit glo. ⁊ probatur. ſ. de elec. cum in eccleſijs. li.
vi. ⁊ an in vtraꝗ intelligatur habere domiciliũ: ⁊ poſſit in vna
dioceſi conueniri pro debitis alterius. dic: vt in gloſ. ⁊ facit. ſ.
de temp. or. cum nullus. i. Reſpon. lib. vi. Aduerte ad id quod
dicit glo. ſ. qꝺ cum diſpenſatione retinet quis ſine peccato plu
ra beneficia. quod intellige verum: ſi diſpenſatio eſt rationabi
lis al's ſm beatũ bona. diſpenſatio debet dici. ⁊ ſic non eſt tut⁹
quo ad deum. vt not. glo. in ſi. in. c. non eſt voti. de voto. vbi di
ſtingi inter diſpenſationem pape factam ſine cauſa cõtra ius
poſitiuꝫ vel cõtra ius diuinuꝫ.

> ¶ Ponit queſtiones.

1 ¶ Prouidere quis nõ tenetur ad mandatũ pape ei qui bene
ficium ſuũ in literis ſuis tacuit.
2 Propter ſcandalũ vitandum receditur a iure cõi.

1 **Cum teneamur.** † Ad mandatũ pape quis prouidere
non tenetur ei qui beneficium ſuuꝫ in literis ſuis ta
cuit: vel cui ſine ſcandalo prouidere nõ põt. nõ dici
ditur. ¶ Nota primo duas exceptiones ꝯtra literas ad bene
ficia. prima qꝺ impetrans non facit mentionem de alio bene-
ficio: quod habebat. quod gloſ. intelligit quãtuncunꝗ modi-
cum et bene. ⁊ probatur hodie. ſ. c. ſi motu proprio li. vj. immo
plus. quia ſi eſt beneficio ſpoliatus tenetur in impetratione al
terius beneficij de illo facere mentionem al's aperta eſſet via
fraudibus. ad hoc facit quod not. Joan. and. infra. c. de mul-
ta. ſuper verbo habebat cum enim ſpoliatus habeat actioneꝫ
ad recipiendum beneficium: ipſum beneficiũ habere videtur.

ff. de regulis iuris. l. qui actio. ⁊ de reſti. in inte. l. nemo. ⁊. ſ. de
2 reſcrip. c. in noſtra. ¶ Secundo not. † qꝺ propter ſcãdaluꝫ vi
tandum receditur a iure communi. ⁊ reſcriptum apoſtolicum
non mandatur executioni. ⁊ per hoc exemplifica. c. ſi quando.
de reſcrip. quod loquitur in genere iſtud in ſpecie. facit. ſ. eod.
cum non ignores. ⁊ de iure patro. c. iij. ⁊ de cler. coniu. cũ olim.

1 ¶ Habens plures eccleſias alteram eligere ⁊ alteram dimit
tere compellitur.
2 Appellatio interpoſita ad iudicem incompetentem non impe
dit curſus appellationis interponende: vel proſequende coraꝫ
iudice competenti.
3 Contumax an poſſit mulctari ſine alia citatione

1 **Referente.** † Habẽs plures eccleſias alte
ram eligere ⁊ alteram dimit-
tere compelletur. ⁊ ſunt due partes prima impetrã
tis conqueſtio. Scd'a ipſius abſolutio. ⁊ cauſe con
miſſio. ibi. nos autẽ. ¶ Nota primo. qꝺ archidiaconus ſpolia-
uit iſtum altera ꝗ quo iure hoc facere poſſit inferior ab epo. dic
vt. c. ordinarij. de offi. ordi. lib. vj. in glo. ij. ¶ Secũdo nota. ꝙ
archiepiſcopus irritauit factum archidiac. ⁊ recte ſecundũ In
nocen. quia non ſeruauit ordinem iudiciarium: cum non ſpolia
uerit per ſententiam quod ſi feciſſet tranſiuiſſet ſententia in reꝫ
iudicatam. non ob. appellatione ad archiepiſcopuꝫ interiecta
2 † quia appellatio interpoſita ad iudicem incompetentem non
impedit curſus ap. interponende vel proſequende coram iudi
ce competeñ. vt. l. accuſatur. ff. de adul. ⁊ l. ſi pater. C. ne de ſta.
defunc. cum ſimi. Item quia non dedit iſti electionem quod fa
cere tenebatur. vt. j. patet. ¶ Tertio not. quod iſte archid. ex-
communicauit iſtum. quia vocatus venire contempſit. ⁊ ſic cõ
tumaci poteſt infligi pena excõmunicationis: etiam non com-
3 minata ſine alia citatione: quod an ſit verum. ſ. † qꝺ contumax
poſſit mulctari ſine alia citatione. dic vt no. Bar. in. l. j. §. ſi ad
diem. ff. de re mili. ⁊ collige etiam hic quod coram iudice a quo
vocatus ob aliam cauſam teneor accedere allegaturus ſaltem
priuilegium appellationis de ap. ſi duobus. et. ca. cum parati.
¶ Quarto nota quod papa audiuit iſtum. Iteꝫ ſuper querela
iniuſta excõmunicationis. ꝙ ſpoliationis. ⁊ hoc quando ſit ve
rum. quod excõmunicatus debeat audiri: ⁊ in quo dic. vt. ſ. de
ſen. excõ. per tuas. ⁊. c. ſolet. e. ti. li. vj. ¶ Quinto not. qꝺ papa
dat iſti electionem quam ex predictis duabus velit retinere. et
aduerte quia iura videntur in hoc variare. naꝫ. c. quia nonnul-
li. ſ. eodem irritat collationẽ ſcd'e. iſtud. c. concedit. electionẽ.
quod maluerit retinere. c. de mulcta. dicit primum vacare per
adeptionem ſcd'i curati. ⁊ ſi contendit retinere primum vtroꝗ
carebit. dicit hic Joan. and. quod iſtud poteſt intelligi de colla
tis ante idem concilium lateranẽ. vel loquitur quando quis ha-
bebat duas: quarum vtraꝗ erat inſufficiens. ſed modo veraꝗ
eſt opulenta vel diſtingue con tẽderit vel nõ vt in. c. de mulcta.
Ita dicit ipſe. Ego dico quod aut põt in beneficio notari am-
bitio ⁊ non valet collatio vltimi. ⁊ ſic intelligo. c. quia nonnul-
li. vbi irritat quãdo habẽs plures eccleſiaſticas prius al's obti
net argu. ſ. e. cum iamdudum. ⁊ de offi. or. c. ordinarij. in ſi. lib.
vi. aut non poteſt notari ambitio. puta habenti vnam alia con
fertur. ⁊ tunc aut conſequitur ſuo facto ⁊ diſtingue aut non cõ
tendit retinere primam cum ſecunda. aut contendit. vt. ſ. ca. de
mulcta. aut conſequitur alieno facto ⁊ tunc habet electionẽ. vt
c. gratia. de reſcrip. lib. vj. ⁊ idem dico quotieſcũꝗ ex prouiſio-
ne ſuperioris alterum ex beneficijs adeptus cogitur relaxare.
vt ſibi dicto caſu optio reſeruetur. vt patet exemplum ex ſcd'a
da ſolutio. Idem dicas in acquiſitis vt ſi ſine ſuo facto vnum
ex pluribus obtinere ſibi optio concedatur vt. ca. ſi pluribus.
de preben. lib. vj. ¶ Op. hic fuit appellatum ab archidiacono
ad archiepiſcopum omiſſo epiſcopo. Sed contra de. c. dilecti
filij prior. ſo. vt in glo. ⁊ dicit quod ita erat de conſuetudine. qꝺ
tenet etiam Hoſtien. qui dicit ſe ſcire quod epiſcopus remen-
ſis talibus conſuetudinibus vtitur all'. de appellatio. romana.
libro. vj.

1 ¶ Maius ⁊ minus non ſunt cauſa ſtatuendi ius diuerſum:
2 Beneficia que dicantur maiora ⁊ que minora.
3 Ius vnius prebende an poſſit eſſe circa duos.
4 Canonicatu vno vacante ſi duo eligantur: an valeat electio.

De maioribus. Probibetur diuiſio preben-
dar. ⁊ pmutatio dignitatuꝫ ⁊
prohibitiõis cãm pmittit. ſecũdo phibet. ibi idcirco
1 ¶ Not. prio † ꝙ mai⁹ ⁊ min⁹ nõ ſunt cauſa ſtatuen-

di ius diuerſum ſed idem in minimis qđ in magnis concor.C.
de app.l.⁊ in maioribus.⁊.c.de appellationibus.ꝫ.de ap.hic
dicitur ita magnum iudicabis vt paruum.ꝫ.de iudi.nouit.et
hec regula hꝫ locum quo ad conſtitutionum communionez vt
hic.⁊.iiij.di.erit.quo ad furtum fornicationem:⁊ iudicij equita
tem.vt in iuribus allegatis in glo.quo ad ſcandali euitationē.
de ope.noui nun.c.ij.quo ad anime ſaluationē in auten.de mon.
§.hinc autē nobis.ſecus in reſcriptis.ꝫ.de reſcrip.ſedes. ¶ Se
2 cundo not.ꝓ ꝙ aliqua beneficia ſunt minora:aliqua maiora.et
que dicantur maiora ⁊ minora.dicit Jo.an.ꝙ maiora ſunt ma
xima ſunt ꝑſonatus que ſunt immutabilia:niſi aliud fiat auctori/
tate propria.de trāſla.e.j.abbatie ⁊ pſonatꝰ pñt dici media pre
bende vero minora ad hoc.ſ.c.ſi.⁊.c.ſup.⁊ de filijs preſbyt.c.ſi.
¶ Opponit ⁊ videt ꝙ pbēde poſſint diuidi.vt.ſ.e.vacante.et.
ꝫ.de cōſti.cū.M.vbi papa mādat coequari pbendas:hic dicit
contra.quare male.ſo.vna pbēda vnitate ſeruata hoc eſt quod
vna ſit nō pōt diuidi in duas.hoc eſt vt duo vel plures canoni
ci alligant ad ea ſed de vna hñ pñt fieri due.vt in.d.c.vacāte.ſꝫ
hec non videt bona ſo.ꝙ in.c.cum.M.vnitate pbende ſeruata
diuidebantur fructꝰ inter plures.qđ ergo dicēdū.p hac decla
ratione aduerte ꝙ repent canonicꝰ ſine pbenda.vt in vltra nu
4 merarijs.ſ.e.dilecto.Itē reperiunt pbendarij non canonici.
xvi.q.j.poſſeſſiones.Itē reperiunt canonici pbendati.vt in to
to illo ti.⁊ hoc modo ſumendo ius pbēdale eſt nomen iuris et
venit in cōſequētiā ad canoniā occaſione cuius canonie debē/
tur prouentus qui dr̄ prebēda a pbeo pbes quaſi illud ius ſpiri/
tuale canonie hꝫ annexa tēporalia ſine quibꝰ ſpiritualia diu du
rare nō pñt:vt in.c.ſi qs obiecerit.j.q.iij.⁊ hoc ſentit In.dum
dicit.pbenda eſt nomē iuris qđ nō cōſtituitur tñ ex poſſeſſio/
nibus ſꝫ ex iure canonico cui annectitur.que tñ ſine redditu nō
poſſunt conſtitui.ꝙ nō eſſet qđ prebendario prebeat.j.q.iiij.ſi
3 quis obiecerit.⁊ ita dicit ipſe ad ꝓpoſitū ergo vna pbenda nō
recipit diuiſionem hoc eſt vt idē ius pbendale poſſit eſſe duo/
rum canonicoꝝ:ſed fructus remanēte titulo penes vnū bene
poſſunt p parte alteri ex eis aſſignari.⁊ ſic loquitur.c.cū.M.nā
⁊ in maioribus bñficijs.qñqꝫ remanēte titulo penes vnum cer
ta quantitas fructuū dicti beneficij alteri debet vt annua pen/
ſio.ꝫ.ti.j.cū querēte.nec mirū ꝙ aliud ſtatuat in fructibꝰ ꝙ̄ in
re vnde pcipiunt.nam alibi hoc contingit.vt pꝫ ex no.ſ.de de
ci.c.ꝙ̄ ſit graue. ¶ Sꝫ ꝑ predicta ſic op.tu dixiſti qđ de vna pre
benda poſſunt fieri due.vt.ſ.e.vacante.ergo ſi duo canonici eli
guntur ad eā tacite videnť canonici diuiſiſſe in duas:cū patris
fa.hoc eſt canonicorū deſtinatiōe poſſint diuidi ⁊ vniri vt dici/
mus in ſimili.ff.de leg.j.l.qđ in rerū.ergo nunꝙ̄ erit diuiſio re
probanda cuius cōtrariū vult illud.c.ad id facit ꝙ q vult ꝯñs
videtur etiam velle añs ſine quo ad illud ꝯñs peruenire non po
teſt.vt.l.ij.ff.de iuriſ.om.iu.⁊.c.pterea.de offi.dele.⁊ de acq.he
4 re.l.illud.hoc etiā cōfirmat ⁊ ꝙ ſi vacante vno canonicatu duo
eliguntur valet electio.⁊ videntur canonici augiſſe numerum
canonicorum:⁊ a cōſueto numero receſſiſſe.de conſti.cum.M.
infra.e.dilectꝰ.⁊.c.dilecto.quare ergo non ita videant diuiſiſſe
prebendā nō videtur ratio reddi poſſe.ſo.dicit Inno.preben/
da non cōſiſtit in iure ſed in redditibꝰ ⁊ facto vnde oportet eā
facto deſtrui:⁊ expreſſe ſi deſtrui dꝫ.vt ar.dicti.c.cum.M.Illa
enim que in facto conſiſtunt:ad deſtructionē cōtrarium factū
exigunt.vt in regula nihil tā naturale.⁊ probatur in.d.l.qđ in
rerum vbi pꝫ qđ ad hoc vt fiant duo fundi de vno requiritur
factum.⁊ ſic non ſufficit ſimplex animi deſtinatio.⁊ idē pꝫ in
domo.Sꝫ ius canonie ⁊ canonicatus conſiſtunt in iure.⁊ ideo
ſi ad vnam canoniam vacantē duo eligant eſto ꝗſit diſtinctus
numerus:tenet electio.quaſi eligentes renuntient canonicorū
numero.vt.d.c.cum.M.ſ.e.dilectus.⁊.c.dilecto.ex predictis
infero etiam ſm Inno.ꝙ in eccleſijs vbi ſunt.xij.canonici non
poterit conſtitui numerus.x.prebendarū ꝙ oporteret vnā pre/
bendam inter plures diuidi:ſed bene poſſet conſtitui certꝰ nu
merus paucorum canonicorum.ꝙ̄ ſint pſentes canonici ⁊ pre/
bende.ius enim canonicatus bene remanet penes illos q ſunt
ſupra numerum ⁊ moritur cum eis.ſ.eodem.dilecto.iſta viden
tur mihi dicta Jo.and.poſt Inno.alio ſtylo relata per domi/
num Jo.de lig.⁊ alio per me:vt patet.ꝫ.

Opponit ⁊ cōtrarium

4 ¶ Prebendarij.Nota ꝙ prebēdarius poſſidens naturaliter ⁊ ciuiliter facit fructus ſuos ⁊ hꝫ locū dñi bal.in.l.litigatoꝛ.C.d fructibus ⁊ lit.expē.in.ꝟ.quero in pbendario.

1 ¶ ꝙ Recipi quis poteſt in canonicū ſub ſpectatione prebēde
2 Recepto in canonicum prebendam primo vacaturā debet epi
ſcopus aſſignare.
3 Collatio beneficij appellatur liberalitas.
4 Receptus a capitulo motu proprio an poſſit ſe opponere cō/
tra impetrantem a papa qui petit prebendam vel canoniam.
5 Recepti ſi ſunt plures in eccleſia authoritate pape:ſed primi
impetrantes preſentatio eſt incerta an prius vel poſtea preſen
tauit:an debeat obtinere.
6 Habens ius in prima vacatura ſi non vult illam ſed ſequentē
quia forte illam habere non poteſt ſine lite an poſſit.
7 Prebenda proxime vacatura ſi collata eſt impetranti tandem
poſtea ipſam perdit:an poterit redire ad aliam alteri collatā

Relatum. Receptus in canonicum quan
do facultas ſe offert:debet ha
bere prebendam inter caſus mandati quas ponit
1 principium ⁊ finis interſerit mandatum. ¶ No.
primo quod poteſt quis recipi in canonicū ſub expectatione
prebende:⁊ effectum iſtius receptionis tex.iſte ſubiungit ꝙ dꝫ
ad iura que competunt ratione canonie recipi ſtatim:vt ad cō
munes tractatus in electionibus ad ſtallū in choro ⁊ alijs ⁊ de
2 hoc not.ꝫ.de conſti.cum.M. ¶ Secundo no.⁊ ꝙ recepto in ca
nonicum prebendam primo vacaturam dꝫ epiſcopus aſſigna
re.dico quod non habet aliquod ius in ea vnde valeret colla/
tio facta alteri poſterius recepto:⁊ eſt expſſuꝫ de recepto poſte
rius auctoritate pape.qđ preferatur recepto primo auctorita/
te epiſcopi.ſ.eodē.c.hi qui auctoritate lib.vj.⁊ qđ non habeant
ius in prebenda receptus in canonicum auctoritate epiſcopi.⁊
3 capituli.no.ſ.eo.inter cetera.per Inno. ¶ Tertio not.⁊ ꝙ col
latio beneficij appellatur liberalitas.qđ declara:vt in gloſ.ex
qua habes.qđ quandoqꝫ ex parte vnius eſt titulus lucratiuus
ex alia oneroſus.vt dicimus in dote filie conſtituta pro patre
ff.de pauli.credi.l.ſi patri. ¶ Venio ad dicta doc.per queſtio
nes:primo quero.⁊ nunquid cōtra impetrantem a papa qui
4 petit prebendam vel canoniā poſſit ſe opponere receptus a ca
pitulo motu proprio remittit Inno.ad no.per eum.ꝫ.de re/
ſcrip.mandatum.⁊ ibi videtur velle.ꝙ nō poſſit ſe opponere
receptioni.Ille enim auditur opponens cuius intereſt.vt.c.cū
nobis olim.⁊.c.inter.R.ꝫ.de elec.ſed electi a capitulo non in/
tereſt.qđ ille non recipiatur in canonicum:cum per eam nō im
pediatur ſua receptio.ſimiliter nō intereſt.qđ non recipiatur
ad prebendam.cum in ea nullum ius habeat.ſubdit tamen In
no.quod poteſt dicere ſubreptitias literas impetrantis quia ſi
papa ſciuiſſet capitulum recepiſſe illum cui cum ſe facultas ob
tulerunt capitulum prouidere tenetur.vt hic non cōceſſiſſet ta
les literas.ar.ꝫ.de off.dele.ex parte.ſ.C.communia.li.nec ſūt
cum multis alijs per que patet quod papa nō intendit per ſu/
um reſcriptum alteri preiudicare.⁊ hoc dicit qđ poſſit oppone
re exce.ſubreptionis anteꝙ̄ in canonicū ſit receptus:nō poſtea
tunc enim non ex literis ſed ex receptione ſe iuuat.dicta enim
receptio in canonicum auctoritate pape tribuit ius ad preben
dam ſecundum eum.vt.c.hi qui auctoritate ⁊.c.cum cui.de pre
ben.Hoſt.reprobat iſtam opi.in primo ꝙ eſt contra opi.com/
munem que habet.ꝙ exceptio ſubreptionis literarum ad bene
ficia reddat literas ipſo iure nullas.vt.ꝫ.de reſcrip.ad audien
tiam.ij.quare non eſt bona diſtinctio opponatur ante:vel poſt
concludit quod impetrans a papa non tenetur facere mentio
nem de receptione in canonicum quam feciſſet ante impetra/
tionem epiſcopus vel capitulū:nec litere hoc reſpectu poſſint
dici ſubreptitie.ad hoc facit.ſ.c.ſi a ſede.lib.vj.ceteris paribus
prefertur ille qui habet auctoritatem a papa.Item per dictū
Inno.daretur via deludendi mādatis pape cum in receptio/
ne canonici preueniret impetrationem.quod eſſe non debet.ſ.
de diuoꝛ.quanto.Non obſtat qđ iſti recepto preiudicium ge/
neretur exceptione impetrantis.Nam ſua receptio inquantū
reſpicit vacaturam fuit contra ius:licet de benignitate ſibi cū
ſe facultas obtulerit prouideatur.tu potes dicere quod Inn.
intellexit de alia ſubreptione:quā predicta quā poſſit receptus
a capitulo opponere.quia cum ſubreptio reddit nullas literas
ad beneficia:vt predixi iſtam exceptionem que eſt excluſiua iu/
ris agētis ipſo iure pōt iſte opponere.vt not.in.l.cum ſeruuꝫ.
de ſeruis fugi.per Cyn.nec poteſt negari iſtius intereſſe illum
non recipi.cum faciat locum ſibi illo excluſo. ¶ Secundo que
5 ro ⁊ pone quod plures in eccleſia ſunt recepti auctoritate pape
ſed primi impetrantis preſentatio eſt incerta vtrum prius vel
poſtea preſentauit.an debeat obtinere aduerte iſta queſtio pre
ſupponit quod in literis ad beneficia ſtetur preſentationi.qđ
eſt falſum.quia ſtamus date vt.c.tibi qui gratiam.de reſcrip.
libro.vj.⁊.ſ.eodem cum cui.eo li.hanc tamen queſtionē innoc.
ad aliud ſcilicet cum qui nititur ex prioritate temporis:an de/
beat tempus limitate probare:dic quod ſic:ſiue agendo:ſiue ex
cipiendo ex prioritate vel poſterioritate nitatur.vt not Bart.
in.l.non ſolum.§.ſi vt probari.de oper.noui nun.⁊ Hoſt.ſ.de
ſpon.duo.in rubrica ⁊ quod not.in.c.literis.de reſcrip.in de.
6 ¶ Tertio quero pone.⁊ quod habēs ius in prima vacatura:
non vult illam:ſed ſequentem.quia forte primam ſine lite habe
re nō

Ponit queſtiones.

bere nõ poteſt. videtur ꝙ nõ. quia peteret illam in qua nullum ius habet: cum ꝑ ſecunda nõ ſit ſcriptum. ergo nõ põt eam petere ꝑ qua ſcriptū nõ eſt. Impetrationes em̃ q2 odioſe intuentur ex ſcriptura: nec maioritas rõnis ad caſum nõ cõprehenſum facit eas extendi. vt. c. cū de nõ ſacerdotali. eo. ti. lib. vi. ꝛ c. ſuſceptũ. de reſcrip. Itẽ ſi diceremus ꝙ poſſet petere etiã ſecundã iam habet ius in duabus. ſcꝫ prima ꝛ ſcda ꝯtra intẽtionẽ pape: nõ expedit inſiſtere in iſta. q. q2 deciſa eſt. ſ. eo. ſi clericus. li. vi. dic vt ibi no. ¶ Quarto q̃ro. † ecce collata eſt prebenda ꝓxime vacatura impetrãti: tandẽ poſtea ipſam perdit. an poſſit redire ad aliam alteri collatã: que ſibi debebatur: ſi illã nõ acceptaſſet. videt ꝙ nõ. q2 licet nõ teneat collatio ſibi facta tñ perdidit ius ſuũ. ar. ff. de acqui. poſ. qḋ in eo. ꝟ. ſi furioſo. et l. ſi me in vacuã. Item ſi reſigno beneficiũ ꝛ nõ tenet tñ perdo ius meũ. vt. c. qḋ in dubijs. de renũ. ꝓ hoc. c. cũ inter. r. de elec. vbi ꝛ renũtians perdit ius ſuum: licet nõ habeat qḋ ſperauit: ita hic videt renũtiaſſe literis: licet nõ valuerit collatio ſibi facta. tu dic ꝙ q̃n̄qꝫ auferetur ſibi beneficiũ illud de iure: q2 alteri debebatur. ꝛ tunc videtur ꝙ eius gratia nõ ſit extincta ꝑ collationẽ beneficij inutiliter ſibi factã: ſicut nec actio. cũ res non traditur ꝓut debet. vt. l. iij. ꝟ. ſi reddita. ff. cõmo. ꝛ. l. libera. C. de ſcn. q̃n̄qꝫ beneficium ſibi aufertur de facto: ꝛ tunc cũ tenuit collatio ſibi facta vetus actio extincta nõ reuiuiſcit: licet iſte a poſſeſſione ceciderit. q2 iniuria a iudice vel priuato illata: non reſtituit actionẽ extinctã. vt dicto. c. cũ inter. r. ſact. l. cũ mora C. de tranſac. ſacit ad predictã queſtionẽ. qḋ no. Cy. in. ſi. Inn. ſ. de offi. deleg. in literis. ꝛ qḋ dixi. ꝛ. c. querenti. ſi poſt factam executionẽ inueſtitus ſpolietur vel turbet an noua actio vel ex ſnia que fuit mandata executioni iterũ poſſit agi.

1 ¶ Religioſi redditus clericoꝝ capellaꝝ ſuarũ minuere non poſſunt: nec parochias diuidere.
2 Auaritia appellatur idoloꝝ ſeruitus.
3 Religioſi non pñt redditus prioratuũ ſuis vſibus applicare: nec minorare portiones q̃ intitulatis debent. Et an poſſint facere cũ conſenſu capli. nu. 4. Et an requirat conſenſus clericorũ ipſius eccleſie. nu. 5.

1 Auaritie. † Religioſi redditus clericorũ capellarũ ſuarum minuere non poſſunt nec parochias diuidere. et ſunt due partes religioſoꝝ auara peruerſio: peruerſionis correctio. ſcḋa ibi: ideoqꝫ. ¶ Not. primo † ꝙ auaritia appellatur idolorum ſeruitus. quod eſt verbum apoſtoli ad Coloſſen. iij. ꝛ ꝯtra auaros dicit canon. auarus cui minus q̃ deo reuerẽtiã exhibet. i. q. i. cum omnes. ꝛ Eccli. xiij. Bona eſt ſubſtantia: cui nõ eſt peccatum in cõſcientia. ꝛ hoc vitium cum alia in ſenectute ſeneſcant: ſola auaritia iuueneſcit. a tales redarguit Seneca in libro de moribus. Quid eſt ſtultius q̃ via deficiente viaticum augere. ꝛ Tullius lib. ij. de officijs. Nullum vitium deterius auaritia: preſertim in principibus ꝛ rempublicam gubernantibus. ¶ Secundo not. † ꝙ religioſi nõ poſſunt redditus prioratuum ſuis vſibus applicare: nec minorare portiões que intitulatis debentur: vel penſiones eis debitas augere. ꝛ hoc ſpectat ad officium epiſcopi. vt in hoc eas corrigat: ſi contra fecerint etiam ſi ſint exempti. infra de ſupplẽ. negli. prela. quia regulare. ij. reſponſo. in clem̃. ¶ Tertio not. in percipiẽdo beneficio conſuetudinem attendendam. de conceſ. preben. ex parte. ¶ Quarto not. ꝙ improuide fecerunt iſti religioſi p eos mandat papa reuocari. ꝛ ſic poſſunt venire contra factũ ſuum: de quo dixi ſupra de cleri. coniuga. diuerſis fallacijs. de filijs preſ. veniens. ¶ Queris gloſ. † vtrum cum conſenſu epiſcopi poſſint iſti religioſi facere iſtas diminutiones. tenet ꝙ ſic iuſta cauſa ſubſiſtente. de hoc. x. diſtin. c. j. Si autem dioceſanus nolit conſentire habebitur recurſus ad ſuperiorem. de iure patro. nullus. ¶ † Sed nũquid requiretur conſenſus clericorum ipſius eccleſie. quidã ꝙ ſic. alſ nõ valet quod agitur. de eccle. edi. c. ad audientiam. lxj. diſtin. ſatis. ꝛ ſi nollet cõſentire et iuſta cauſa ſubeſt compelletur per ſuperiorem. infra de his que fiunt a maiori parte capi. c. fina. ſm Alanũ ꝛ Vincen. Goffre. dicit ꝙ clericis inuitis ex iuſta cauſa poterit fieri diuiſio parochie. dummodo ipſi congruam ſuſtentationẽ habeãt infra de eccle. edi. c. iij. prebenda autẽ clerico contradicente nõ poterit diuidi: licet qḋ ſibi ſupeſt teneatur in pias cauſas expendere. ſm Vincen. ꝛ Ala.

a ¶ Auaritia iuueneſcit. Vide tex. in c. cũ in iuuẽtute. de preſump. Car. in de. m ple riſqꝫ. in. vi. q. de elec. ꝛ in clem̃. j. in princ. de regula.

¶ Ponit queſtiones.

1 ¶ Prelatus ꝛ capitulũ pñt prebende vacãti honeſtũ onus imponere ad qḋ prebendarius teneatur.
2 Conuentiones ꝛ pacta poſſunt interuenire cum illo qui eligitur ad beneficium vacans.
3 Illicita ſi deducantur in aliqua conuentione: illis irritatis in reliquis compoſitio ſalua manet.
4 Miſſe peculiares licet ex deuotiõe poſſint audiri: nõ tñ licet ꝓpter illas omittere feriales.
5 Pactum factum vt pro certa pecunia ſacerdos teneatur dicere tot miſſas nõ valet.
6 Clericus licet nõ poſſit locare diuinas operas: poteſt tamen temporales.
7 Anniuerſariũ vt fiat: an ſit licitum dare certos redditus.

1 Significatũ. † Poſſunt prelatus et capitulum prebẽde vacanti honeſtum onus imponere ad quod prebendarius teneatur. In prima tria ponuntur: ꝛ petitur confirmatio. In ſecunda petitum prout continetur cõfirmatur. ¶ Nota primo ꝙ prepoſitus ꝛ capitulum contulerunt iſti prebẽdam. ꝛ ſic in inferioribus eccleſijs ſpectat miniſtroꝝ electio ad capitulũ illius eccleſie nõ ad epiſcopũ. quod dic vt ſupra de electio. cum eccleſia vulterana. ¶ Secundo not. † ꝙ cum illo qui eligitur ad beneficium vacans poſſunt interuenire cõuentiones ꝛ pacta. de quo in glo. ¶ Tertio no. ꝙ ſacerdos locat hic operas ſuas ſpirituales. ꝓmittit enim dicere die quolibet miſſam ſancte marie: ꝛ recipit prebendã: quod quomodo eſſe poſſit ſine vitio ſimonie dicam. j. poſt gloſſã. ¶ Quarto nota † ꝙ ſi in conuentione aliqua illicita deducantur illis irritatis in alijs compoſitio ſalua manet. ſimiliter ꝛ ſententia iudicis a quo. vt. c. raynutius. ꝛ. c. raynaldus. de teſta. ¶ Quinto no. ꝙ ſicut ſententiarũ petitur confirmatio a papa: ita etiã conuentionum maxime initarum ſuper ſpiritualibus. vt. ſ. de pactis c. cum pridẽ. ꝛ. ſ. de confir. vtili vel inutili. c. ij. ꝛ. iij. per Inno. ¶ Sexto not. ꝙ pactum iſtud fuit per papam modificatũ et interpretatum in tribus et primo in quantũ in pacto de miſſa beate marie quotidie celebranda: papa dicit miſſarũ ſolẽnia.
4 † Licet em̃ miſſe peculiares ex deuotione poſſint audiri nõ tñ licet ꝓpter illas omittere feriales. infra de celebratione miſſa. quedam. Secundo dictũ fuit in pacto ꝙ quotidie celebraret: papa interpretatur ꝛ moderat ꝙ dicat quanto frequẽtius poteſt ſalua ꝛc. nõ em̃ liceret celebrare cum vilibus veſtimẽtis: vel cum calice ereo ſm Innoc. Tertio moderatur in eo qḋ dicit ꝙ nõ liceret eccleſiam dimittere. debet em̃ intelligi cauſa voluntatis: vel ſe ad aliam eccleſiam transferẽdo. in caſibus ergo in quibus licitum eſt eccleſiam dimittere vt in ſeruitiũ epiſcopi: vel ꝓpter inimicitias: ꝛ in ſimilibus licite ſe abſentabit nõ obſtante pacto. Ius em̃ ꝛ conſuetudo informant pacta ꝛ ſm ius cõmune ꝛ conſuetudinem recipiunt intellectum. vt. l. quero. ꝟ. inter locator. ff. locati. ꝛ patet in iſto caſu. verbum enim aſſidue verbum non dimittere verbum quotidie celebrare interpretatur papa vt hic videtis. ꝛ de interpretatione iſtius verbi aſſidue: dic vt. ſ. de offi. archipreſby. c. i. ¶ Oppo. hic fuerunt appoſite portiones in collatione ſpiritualium. contra. i. q. ij. q̃ pio. ꝛ ſupra de pactis. c. vlti. Solu. dicit gloſ. hoc onus fuit appoſitum rei hoc eſt prebende. vt quicũqꝫ illã obtineret ad iſta teneretur. ꝛ hoc onus ſubiret ad hoc ſacit infra de mag. p. in glo. vlti. ꝛ hanc videtur approbare Ioan. and. poſt Hoſti.
5 in queſtione de anniuerſario. vbi dicit † ꝙ pactũ vt pro certa pecunia ſacerdos teneatur dicere tot miſſas: non valet. ſecus quando onus annectitur rei ſpirituali vel temporali: vt hic. quia tunc res tranſit cum onere. infra de decimis. paſtoralis. de donatio. cum dilectus. ꝛ ꝙ hic fuerit onus reale patet ex illis verbis prebende illius anniuerſariũ ꝛc. ꝛ ſic onus anniuerſarij fuit adiectum prebẽde. Ego dubito in hoc dicto: nam ꝙ res ſunt inanimate ꝛ nõ ſentiunt nõ poſſunt ꝓprie dici onera realia. que ipſe res nõ ſunt apte ſuſcipere ſed perſone: vt miſſe diuinum officium: ꝛ ſimilia. Res em̃ ipſe huius miniſterij non ſunt capaces. vnde licet verba oneris dirigãtur ad res: vt res iſte habeant illud onus: tamen officium dirigitur ad perſonã. vt ꝙ talis dicat officium. nõ em̃ inſpiciẽdum eſt cum quo quis loquatur: ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. dicit textus. ff. de legatis. ij. l. cum pater. ꝟ. donationis. preterea nõ dicitur onus reale ſi perſona recipit a re: ſed quando res a re. et ideo differt vſuſfructus ab alijs ſeruitutib9. quia vſuſfructus dicitur ſeruitus perſonalis: alie reales. ſacit quod not. in. l. caſus. ff. de annuis lega. ꝛ de ſeruitu. l. vt pomũ. ꝛ. l. certo generi ff. annuis leg. Preterea ſm dictam opinionẽ ſacile em̃ ſi excludatur ſe monitum imponendo. ſcilicet onus rei ꝛ dicendo qui cũqꝫ voluerit hos decem florenos vel tot redditus fundi mei dicat tot miſſas. Saluando tamẽ dicta doctorum poſſes dicere ꝙ quandoqꝫ transfertur proprietas rei in eccleſiam cũ pre-

¶ Opponit in ꝯtrariũ.

dicto onere ⁊ valet cum talis conditio vel modus ſpiritualis
ſit.ad hoc infra de rerũ permu.ad queſtiones.quandoqꝫ pri
uatus retinet ſibi rem ⁊ deſtinat fruct⁹ illi qui dixerit tot miſ
ſas:⁊ nõ valet.quia nõ eſt res effecta ſancta ſanctoꝝ.ſed primo
caſu ſic vnde poſtq̃ res eſt intra eccleſiam magis licet adijcere
onera illis qui poſtea intitulantur in ea cum res ſpiritualis cõ
mode cum ſpirituali opera permutatur.⁊ de iſta materia an
in collatione beneficij vel promotione poſſint adijci conditio
nes ⁊ modi.dic vt.ſ.de elec.ſignificaſti.⁊.viij.q.iij.in ſynodo.
¶ Secundo opponitur.innititur hic ꝙ iſte ſacerdos locauit
operas ſuas ſpirituales.ſed contra infra de ſimo.cũ in eccleſie
corpore. Solu.gloſ.diſtinguit.aut habet beneficium eccleſia
ſticũ vnde poteſt viuere ⁊ locare nõ põt operas ſuas ſpiritua
les vt in contrario.⁊.xxiij.diſtin.his igitur.⁊.xxi.q.ij.capi.vl
timo.alś poteſt locare vt hic.quod eſt verum: niſi celebret illa
intentione vt pecuniam recipiat:tunc enĩ grauiter peccaret:li
cet ſimoniã nõ cõmitteret:ſm Tancre. Joan.andre.remittit
ad not.de cleri.nõ reſiden.c.vno.lib.vj.in penult.gloſ. Inno.
⁊ Hoſtien.de illo ar.plene tractant.infra ne prela.vices ſuas.
c.iij.vbi dicunt ꝙ intitulatus nõ poteſt locare operas paro
chianis etiam obtentu ſumptuum ſine vitio ſimonie.infra de
ſimo.ſuam.ſi tamen eget cogantur parochiani ſibi aſſignare
vnde ſuſtentari poſſit.xviij.q.j.ſtatuimus.ij.de parochi. vt do
a minicis.ᵃ per Joan.andr. Si vero extra parochiam locet: et
6 eſt omnino pauper in hoc dicit hic.ꝙ quãuis nõ ſit licitum lo
care diuinas operas poteſt tamen locare corporales.id eſt po
teſt ſe aſtringere ad morandũ cum aliquo:⁊ nõ ad tempus: et
ſeruiendum ſibi in licitis:puta ſcribere: pueros informare: il
lum aſſociare.que poſſunt fieri ſalua ordinis honeſtate. de ſi
mo.dei.⁊ erit tutius ab hac promiſſione excipere operas ſpiri
tuales:vel ſeorſum ab illo contractu locationis opere corpo
ralis promittere gratis hanc operam ſpiritualem. vt ſic con
tractus inuicem nõ cõmiſceantur.infra de rerum permut. ad
queſtiones.⁊ hic Innoc. confirmat ⁊ addit ꝙ predicto modo
nõ ſolum pauper:ſed diues locare poterit:vt prouiſionẽ quã
facit in eccleſia vel alijs ſeruitijs:vel in recompenſatiõe dam
norum que ſuſtinet occaſione illius more ꝑ diuinis officijs re
cipiat pretium. Iſta ſunt verba Joan.andr.poſt Inno.⁊ Ho
ſtiẽ.ex quibus patet ꝙ ſacerdos nõ debet in mente gerere ne
dum verbis exprimere:ꝙ locet operas ſpirituales ꝑ illa mer
cede quam recipit:ſed remanet difficultas.pone enim ꝙ ope
ram ſuam corporalẽ de aſſociando:ſcribendo:pueros docen
do: et ſimilibus:non conduceret quis pro decem:quia ad hoc
nõ eſt aptus.ſed quia expertus eſt in officio diuino quis con
ducit eum pro.xxx.alś non conducturus pro.x.vt dixi.⁊ hoc
ipſorum quilibet bene nouit nõne conſcientia hunc remorde
bit.licet verbis aliter actuꝫ appareat inter eos:certe ſic.deus
enĩ interrogat cor nõ verba.quid ergo erit. credo in hoc caſu
differre pauperẽ a diuite ſic locante.diues in hoc peccat plus
ſcꝫ locando pro opera ſua ſpirituali q̃ corporalis opera me
reatur.paup vero poſſit qui poſſit querere ſibi victum ex ho
neſto artificio.xci.diſt.clericus victum.⁊ qui ſeminat ſpiritua
lia:nõ eſt magnum ⁊c.vt.c.cum ex officij.de preſcript.pro hoc
optime facit quod dictum eſt de iſtis aſſiſijs ſiue mãſionarijs.
ſuper titu.j.ad hoc.illi enĩ mere temporalia percipiunt de ec
cleſia pro diuino officio:quod impendunt ibi. ¶ Incidenter
subijcit queſtiones Joã.andr.de anniuerſario:Tan ſit licitum
7 pro eo dare certos redditus:vt de illis fiat anniuerſariũ. In
nocẽ.ꝙ nõ.quia eſt officium ſpirituale.nõ obſtat iſtud.c. quia
hic conſtituerunt certos redditus per illos qui debent facere
anniuerſarium ⁊ poterant hoc facere.ſed conuenire da nobis
tantum ⁊ faciemus anniuerſariũ eſt omnino illicitum . dona
tor ergo redditnum licet poſſet apponere modum ⁊ conditio
nem rei donate:nõ tamen que ſapiat ſpiritualitatem ſm eum
hoc reprobat Hoſtiẽ. nam ſm hoc infiniti eſſent ſimoniaci:et
multe eccleſie pro hoc laquearentur cum quotidie ſic poſſeſ
ſiones pro anniuerſarijs relinquantur. dicit ergo Hoſtiẽ. ꝙ
nõ eſt licitum conuenire per pactum vt tot denarij dentur ꝑ
certo numero miſſarum:ſed quando onus adijcitur rei ſpiri
tuale vel temporale bene licet:⁊ erit tutius ſm Hoſti.ita ver
ba concipere relinquo tali eccleſie decem libras annuas ſuper
tali domo vel ducentas libras ad emendum decem libras an
nuas in anniuerſario meo.⁊ inter illos tantum qui interrerũt
⁊ officiauerint diuidendas ſm conſuetudinem eccleſie.⁊ rogo
prelatum ⁊ capitulum illius eccleſie:vt anniuerſarium meũ fa
ciant ſicut decet iſta ſunt verba ſua quibus poſſet opponi for
titer.vt vidiſtis ſupra in prima oppo.dic vt ibi. ¶ Tertio op
ponitur.hic partes conuenerunt:⁊ tamen papa pacta priua
torum aliter moderatur.ſed cõtra.contractus legem accipiũt

ex conuentione.vt.l.i.§.ſi conuenerit.ff. depoſiti. ⁊ ex eis ori
tur obligatio naturalis.ff.de pactis.l.j. quã naturalem obli
gationem nõ videtur ꝙ papa poſſit tollere.vt not. Immo.ſu
pra de conſtit.que in eccleſiarum.nec ꝙ alienum queritur ex ſua
prouiſione eſt auferendum: immo prouiſio hois tollit proui
ſionem.l.in illo caſu.vt plene in.l.ſi cum dotem.in princi.ff. ſo
lu.matrimo. male ergo videtur hic papa reformare conuẽtio
nem inter partes. Solutio.aliud eſt reformare pacta licita et
hoc non licet pape ſine cauſa vt in contrarijs.⁊ infra de votis
nõ eſt voti.aliud eſt interpretari:⁊ hoc licet.vel aliter.aut pa
cta reſpiciunt religionem tantũ ⁊ poſſunt mutari per papam
vt hic.etiam ſi ſint licita aut reſpiciunt temporale cõmodũ: et
nõ eſt licitum pape ipſa mutare:poſtq̃ ſunt inita auctoritate
eccleſiaſtico iudice:ad quem ſpectat executio vltimarũ volun
tatum. de teſta.nos quidem.⁊ cõmutatio votorum.de voto.c.
j.ſaluo quod habes in clemen.quia contingit.de religi.domi.
¶ Querit gloſ.quid ſi conditio eſſet illicita:dicit ꝙ ꝯditione
fracta tenet conſtitutio debet dicere inſtitutio.ſm Jo.an.qui
remittit de hoc ad dictũ.c.ſi.de condi.appo.

1 ¶ Monachi poſſunt habere eccleſias parochiales ſub ſe:
⁊ preſentato ad eas tenentur portionem aſſignare congruam
⁊ numero.4.
2 Portio que eſt aſſignanda vicarijs qualis eſſe debeat.
3 Monachi licet habeant eccleſias parochiales in vſus ꝓprios
tenentur tamen eas in bono ſtatu cõſeruare:⁊ de iuribus epa
libus reſpondere epiſcopo.
5 Eccleſie quot modis poſſint ſpectare ad religioſos.
6 Epũs an poſſit cõcedere eccleſiã ſine cura monachis vt habe
ant in vſus proprios:electis clericis qui ſunt ibi.Et quid ſi do
nat eccleſias parochiales.nu.7.
8 Monachi quando obtinent eccleſias ex earũ fundatione: qð
ius habeant in eis.
9 Monaſteriũ qñ edificat eccleſiã an liceat ei inſtituere ꝙ eã ha
beat pro grangia monaſterio vel prioratu.

De monachis. Ad preſentationem re
ligioſorum in ipſorum
eccleſijs nullus inſtituetur niſi prius ei cõgrua por
tio prouentuum aſſignetur.nõ diuiditur. ¶ Nota
1 primo.Tꝙ monachi habent eccleſias parochiales ſub ſe:⁊ pre
ſentato ad eas tenentur portionem aſſignare congruam.⁊ ſic
patet ꝙ reſiduum fructuũ poſſint ſibi applicare.qð qñ ſit ve
rum.ſ.dicã.⁊ habet iſtud.c.locum quo ad illã cõpulſionẽ mo
nachoꝝ nõ ſolũ in monachis:ſed in quibuſcũqꝫ religioſis.ſ.eo.
in lateranẽ. Item ſiue ſint exempti ſiue nõ.⁊ ꝯſuetudo cõtra
ria reprobatur.infra eodẽ.c.j.libro.vj. Utrum aũt iſti per mo
nachos preſentati ſint perpetui:vel poſſint ad nutum remo
ueri dic vt infra de capellis monach.c.j.lib.vj. ¶ Secundo no
2 ta.Tꝙ portio aſſignanda iſtis vicarijsᵇ debet eſſe ſufficiens ad
b ſuſtentationem ipſius:⁊ ad alia que incumbũt maxime ad ho ſpitalitatem ad quam tenentur clerici.dicit gloſ. ꝙ intelligit
Joan.andr.ſolito ⁊ congruenti modo.quia nõ poſſet omnes
recipere.⁊ pro hoc dicit Philip.ſupra de electi.dudum. ꝙ il
la eccleſia eſt tenuis: que nõ poterat honeſte procurare prela
tum:nec hoſpites recipere vt hic.⁊ per hoc concludit ꝙ eccle
ſia debebat eſſe ditiſſima.cum omnes hoſpites indiſtincte re
cipere teneatur.xlij.diſtin.quieſcamus.⁊ domus clericoꝝ de
bent eſſe cõmunes.xvi.q.i.c.vlti. ¶ In contrariũ arguit ſuffi
cere ꝙ habeat neceſſaria:que neceſſitas reſtringitur ad victũ
⁊ veſtitum.xij.queſtiõe.i.epiſcopus. Soluit ipſe omnia hic cõ
ſyderanda ſm qualitatem perſone et ſitum eccleſie. probatur
primũ.xij.diſt.nõ cogantur.de ſecundo exemplificat plus in
digere eccleſiam que eſt in via ⁊ loco patenti:q̃ illa que eſt ex
tra viam ⁊ in ſyluis.et conſuetudo maxime eſt conſyderanda.
xij.diſt.erit.⁊ quod not. Joan.andre. infra eo.cum ſm. ſuper
3 verbo quantitatis. ¶ Tertio not.Tꝙ licet monachi habeant
eccleſias parochiales in vſus ꝓprios:tñ tenentur eas in bono
ſtatu conſeruare.⁊ de iuribus epiſcopalibus reſpondere epi
ſcopo:que iura conſiſtunt in procuratione debita epiſcopo vi
ſitanti in cathedratico ⁊ ſimilibus:de quibus ſupra de officio
ordina.conquerente. ¶ Quarto nota remedium proditũ con
tra iſtos religioſos qui vicarijs aſſignare nolunt congruam
portionem:nõ enĩ tenentur ad ipſorum preſentationem vica
rios recipere.hodie plenius eſt prouiſum.ſtatuet enĩ dioceſa
nus terminũ ad hanc aſſignationem faciendam infra quem ſi
nõ fiat:preſentatum admittet.⁊ poſtea faciet hanc aſſignatio
nem in qua taxanda pluri vel minori nõ debet excedere.quod
dic vt in clemẽ.j.de iure patro.⁊ vide cleñ.j.de ſupplen.negli.
prela.

a ¶ Et diuinis Vide late dñm Jo.de anſchis in repeti. hu ius.c.vt do minicis.

¶ Ponit queſtiones.

b ¶ Iſtis vicarijs. vicarius an et qñ dicat habere curaꝫ aiarũ. vide Car. in cle. j.de offi.vi. ⁊ in.c.ſuper eo.de ꝑbẽ. in.vj.

¶ Ponit queſtiones.

pela.⁊.c.j.infra eodē.lib.vi.¶ Quero poſt glo.⁊ docto.quan
4 do ſit verum quod hic dicitur:hoc eſt ꝙ religioſi cōſtituant
portionem fructuum vicariis eccleſiarū parochialium:⁊ reſi
duum applicēt ſibi gloſ.magna de hoc querit ibi.quo ergo ca
5 ſu locum habet quod dicitur ⁊c. Ad cuius euidentiā premit
tit quot modis poſſint eccleſie ſpectare ad iſtos religioſos.et
dic ꝙ tribus modis.primo ex laicorum conceſſione. ſecundo
ex epiſcopoꝝ donatione.tertio ex ipſorum religioſorum fun
datione.⁊ ex quolibet predictoꝝ modorum variū ius ſibi ven
dicant religioſi in ipſis eccleſiis:altero ex predictis modis ad
eos pertinētibus.vt late hic proſequitur Joan.an.poſt Ber
nar.Inno.Hoſti.⁊ alios. Primo caſu quando ad eos ſpectat
ex ꝯceſſione laici quid in eis habeant dic vt in glo.que inquā
tum dicit ꝙ nō valet conceſſio laicis facta:epiſcopi nō accedē
te conſenſu.nō bene dicit vt infra de iure patro.c.j.lib.vj.Se
cundo caſu cum ad eos ſpectat ex epoꝝ donatione.⁊ diſtin
gue:ꝙ aut epus donat religioſis eccleſias nō habentes popu
lum.aut eccleſias parochiales.primo caſu cū donat eccleſias
populū nō habentes in proprios vſus:⁊ tunc quid ex illa con
ceſſione religioſi conſequantur.dicas quia aut iſte eccleſie do
nate in vſus proprios nō ſunt collegiate.aut ſunt collegiate.
Si nō ſunt collegiate:dic ꝙ monachi ad libitum ſine epo po
nent ⁊ reuocabunt vicarium.⁊ ſic intelligitur infra de donati.
⁊ ꝯſultationibus. ⁊ monaſterium intelligitur prelatus eccleſie
⁊ illa eccleſia intelligitur locus priuatꝰ:vel adminiſtratio: vel
grangia monaſterij.de confir.vtili vel inutili.porrecta.de cen
ſi.c.fina.per quam dicit Hoſti.ꝙ nec procurationē habet.vt
debet.fatetur tamē Hoſtien.cum Inno.ꝙ illam eccleſiam de
bent monachi conſeruare in ſuo ſtatu.vt ſcʒ ibi ſint tot clerici
numero:quot eſſe conſueuerant.licet nō perpetui ꝙ cultus di
uinus ⁊c.de conſtitu.c.fina.nec ſtatus eccleſiarū ⁊c.de ſup.ne
gligen.prela.c.ij. Item ſacerdos qui ibi fuerit debet de ſpiri
tualibus epo reſpondere. Item monachi ꝙ vltra vite neceſſa
ria clericoꝝ de redditibus eccleſie ſuperfuerit ſibi poterunt
6 retinere ſm Innoc.¶ Sed incidenter queritur.an epus ſic
poſſit concedere talem eccleſiā ſine cura monachis vt habeāt
in vſus proprios eiectis clericis qui ſunt ibi.quidam ꝙ ſic.alij
contra.cum id nō proſpiciat meliora de his que ſunt a prela.
tua.dicit Hoſti.ꝙ prima opinio vera eſt cum ſubeſt iuſta cau
ſa.puta paupertas religioſorum.xciij.diſtin.diacon.vel vt la
bores impiorum iuſti edant.ne cleri.vel mona.relatum.ſecun
da opinio vera eſt cum nō ſubeſt iuſta cauſa.⁊ hec vera.vt dixi
in eccleſia nō curata ⁊ nō collegiata in ꝓprios vſus conceſſa.
Si eñ talis eccleſia eſſet collegiata nō poſſet abbas prelatum
et clericos exiſtentes ibi ꝓ libito remouere ſine iuſta cauſa.de
ſtatu mona.c.ij.ſed deberent eſſe perpetui vt ibi:quinimmo ſi
linquerent in hoc iuriſdictionē concedendā abbati:licet denū
tiare poſſit epiſcopo. nam minor iudex immo nec epiſcopus
ſolus examinat cauſas criminales clericorum.xv.q.vij.epus.
de hoc infra de officio ordina.quanto.⁊ hoc de primo mēbro
cum epiſcopus donat in ꝓprios vſus religioſis eccleſias non
7 habentes populum. Si autē donat eccleſias parochiales.et
tunc aut in proprios vſus:aut pleno iure.ſi in ꝓprios vſus:et
tunc niſi aliud dictum ſit neceſſe habet abbas inſtituere in ea
rectorem: vel ad minus vicarium perpetuum: qui nec exinde
ſine authoritate epiſcopi poterit remoueri.de ſup.negli.prel.
c.ij.⁊ infra eodem.extirpande.⁊ de priuileg.paſtoralis.vbi de
hoc.⁊ hoc eſt verum etiam ſi papa concedat.ſecundo caſu cū
concedit tales eccleſias pleno iure:tunc abbas quaſi vicarius
epiſcopi ponet in tali etiam vicarium:⁊ committat ſibi curam
animarū:⁊ ipſum ꝓpter malam adminiſtrationē poterit re
mouere.de accuſa.qualiter.ij.ſi criminaliter accuſatur per epi
ſcopum audietur.⁊ ſic intelligitur.xvj.q.ij.viſis.vbi dicitur ꝙ
piacula ſacerdotum per epiſcopum punientur. Item omnia
que ſunt epiſcopalis ordinis:ſicut eſt altarium cōſecratio:col
latio ordinum:⁊ ſimilia.per epm ibi fient ſm Inno. quod dic
vt no.de reſcrip.c.veniens. Item ſm quoſdam epiſcopus po
terit dictas eccleſiam viſitare.de cenſi.cum venerabilis.⁊.c. ve
nerabili.nam licet ſpiritualia cōceſſerit abbati: videtur tamē
ſibi viſitationem reſeruaſſe.quod dic vt not.de donatio.c. pa
ſtoralis.vel dic ꝙ vterque habet viſitationem qui ſi ſimul con
currant preferetur epiſcopus tanꝗ maior.niſi aliud obtineat
de conſuetudine ſpeciali.ſicut in archidiacono ⁊ alijs plātis:
qui ſubſunt epo.in hoc etiā caſu presbyter abbati in ſpūali
bus reſpondebit.ſi queras quare predicta remaneant epo cū
tranſtulerit eccleſiam pleno iure in abbatē etiā exemptum.di
cit Inno.ex eo ꝙ abbas predictoꝝ iuriū eſt capax.infra de cō
ſecra.eccle.vel al.aqua.vnde cum in generali conceſſione non
veniant:equum eſt vt remaneant penes concedentem:⁊ nō ab
extraneo epiſcopo abbas ꝑdicta querat:ſed ab eo a quo gra
tiam meruit.arg.infra de ceſtaunē.cum in officijs.⁊ infert pre
dicta ratio. ꝙ ſi epiſcopus tali modo ſcʒ pleno iure donaret
eccleſiam alij epo:ꝙ etiam predicta que ſunt ordinis ⁊ digni
tatis epalis videantur tranſlata.cū ſit capax predictoꝝ iuriū.
⁊ hoc eſt verū dūmodo donatio facta ſit ſm canonū. ſanctiōes
omnibus rite ſeruatis.ſ.de his que ſunt a prela.tua nos. ⁊.c.
paſtoralis. Eſt ⁊ tertiū membrū qñ epus donat eccleſiam mo
nachis nō pleno iure nec in proprios vſus:ſed vt eis aliter ſit
ſubiecta:⁊ obtinet qđ not.ſ.de dona.c.paſtoralis. ⁊ hoc de ſe
cundo articulo principali cum ſcʒ religioſi obtinent eccleſias
8 ex eporum donatione.¶ Tertius ⁊ vltimus articulus prin
cipalis eſt cū monachi obtinent eccleſias ex ipſorum fundatio
ne.⁊ de hoc nota.xvi.q.ij.in ſumma. In his quidem eccleſijs
qđ ius habeant religioſi ex ipſa fundatione. Jo.and.poſt do
cto.explicat vnum membrū tantū: quando ſcʒ in ipſa funda
tione ſibi retinuerunt dominium rerū eccleſie. quo caſu ſi eccleſia
ſit fundata nō ſit parochialis.dicit ipſe poſt eos ꝙ abbas po
net ⁊ remouebit ad velle ibi presbyterū vel monachū.ſ.de ſta
tu mona.c.cum ad mona.§.tales.de priuile.c.j.ad finē lib. vj.
vtrum ergo presbyter poſitus ibi ab abbate reſpondebit epo
de ſpiritualibus.dicunt ꝙ ſic. licet nō habeat parochiam: nec
ſit perpetuus.queret eñ ab eo epus qualiter celebret officiet
⁊ ornet eccleſiā ⁊ his ſimilia.puta vt presbytero ⁊ familie quā
ibi habent prouideat epus vel ꝓuideri faciat de eccleſiaſticis
ſacramentis vt pnīa eucariſtia ⁊ ſi.arg.x.q.j.c.j.⁊.ij.⁊ ꝑ totū.
et hoc qñqꝫ eſt neceſſariū qñ ſcʒ nec ſacerdos habet curam fa
milie exiſtentis ibi:nec alius de ipſo ſacerdote. puta qñ dicta
eccleſia ſic fundata nō eſt in antiqua parochia.⁊ ideo ꝓuidere
debet eis epus vt predixi.qñ vero eccleſia fundata per mona
chos habet populum quid iuris conſequantur ex fundatiōe:
⁊ qđ ius in ea habeat epus: ⁊ quid iuris quo ad ipſos epm et
religioſos:ſi eccleſia ſic fundata ſit collegiata:nō declarāt do
cto.ſed poſſet dici ꝙ ex fundatione ſic ſimpliciter facta aliquo
nō retento nō plus iuris conſequantur:ꝙ laici ſic fundantes
qui ex fundatione acquirunt iura in eccleſijs ſic fundatis.de qui
bus.ſ.de iure pat.in rub.⁊.c.nobis.⁊ vltra illa habēt cuſtodiā
ipſaꝝ eccleſiaꝝ vacantiū.de appel.bone.de offi.ordi.cum nos
9 ſm Inno.¶ Incidenter circa predicta querit Jo.an. vtrū
qñ monaſteriū edificat eccleſiam liceat ei inſtituere: ꝙ eam ha
beat ꝓ grangia:monaſterio:vel prioratu: vel ꝙ ea que dabun
tur ei ad ꝓprietatē monaſterij deuoluantur.tenet ipſe ꝙ hoc
nō licet.quia ꝓſtetur vel non.non eſt licitum edificatori iu
ra tertij mouere. que cum res meſſe ꝓducitur eis oritur vt
epo iura epalia de quibus.ſ.de offi.ord.c.cōquerente.ſed vbi
eſſet grangia:prioratus:vel monaſteriū monachoꝝ: minuere
tur ius epale: cum ſibi nō ſubſint loca predicta quo ad legem
dioceſan.xvi.q.j.cum ꝓ vtilitate.de cenſi.c.ſi.debet ergo capi
tulum ſic conſentire de voluntate epi:qui ſi conſentire nolue
rit:nec iuſtam cauſam habeat cōtradicendi:erit ſuperior ad
eundus.ſ.de iure patr.nullus.ſm Inno.cuius ſunt iſta dicta
in effectu ſm Jo.andre.aliter ordinata per me vt apparet ex
ordine cōſidē ⁊ meo. Reſtat ergo declarare qđ primo queſiui
in quibus caſibus monachi de eccleſijs ſibi ſubiectis recipiāt
certam portionē redditūum vel recipiant oēs reſeruata con
grua portione vicario vel recipiant certum cenſum.dicatis vt
in gloſ.ſuper qua dicit Jo.an. ꝙ aut religioſi habent ius pa
tronatus in capella:aut ſolam inſtitutionē quo ad regimē ec
cleſie. aut plenū ius inſtituendi etiam quo ad curā populi.aut
ſolent hec onera ſupportare.⁊ in his caſibus nō habet locum
hec decre.de primo ⁊ ſcđo caſu patet:cū ſolū ſint patroni vel
cum ad alterius preſentationē ſolum inſtituunt nil debent ha
bere de redditibus eccleſie:niſi forte certus cenſus inſtitutus
eſſet a fundatione.ſ.de iure patroñ.preterea.⁊.c. eleutherius.
xxiij.q.ij.nec mirū.qꝛ nec epus dicto caſu quicꝗ perciperet.
ſ.eo.extirpande.multo ergo minus abbas.x.q.iij.qꝛ cognoui
mus.⁊.c.ſeq. De tertio caſu qñ religioſi habent plenū ius in
inſtituendi:planum eſt.ꝙ nō loquitur iſta decre.quia hoc ca
ſu non ſit aliqua preſentatio epiſcopo. De quarto in clem.vlt.
§.ſane.de iure patro.habet ergo locum in illa decre. in duo
bus caſibus.primo cum monachi habent eccleſiam pleno iu
re quo ad temporalia: aut etiam quo ad ſpiritualia: ⁊ regimē
eccleſie cōmittendū:ſed nō regimē populi. vnde ad illud regi
men recipiēdum preſentant illum epiſcopo: ⁊ in his duobus
caſibus poteſt habere locū hoc.c.¶ Vltimo dñs Jo.de lig.
circa iſtam portionem per monachos vicario aſſignandā con
traria conſuetudine nō obſtante.ſ.eod.c.i.lib.vj.querit aliqua
que examinātur in cle.j.de iure patro.⁊ ibi melius cadūt. ſed
ſi vis hic addere ibi recurre.

1 ☞ Beneficia plura vnũ poſſidere eſt contrariũ oĩ rationi.
2 Dignitatem canoniã ⁊ prebendã an quis poſſit ſimul habere.

In hoc. †Plures dignitates vel pſonatus in vna vel diuerſis eccleſijs quis ha=
bere nõ põt. ponit dictũ: cuius rõnem ſubdit. ibi: cũ
1 ſingula. ¶ Not. primo † φ vnũ poſſidere plura be=
neficia a eſt cõtrariũ omni rõni. ⁊ quare dicat omni: dicas. quia
eſt cõtra naturã congrue locationis. qꝛ dicere cõpellerer de ca
nonico qui plures tenet canonias: petrus canonici venit. ⁊ ſic
contra rõnem recti ſermonis. vt. l. plautius. de auro ⁊ arg. le.
Item ↄtra rõnem iuris humani primeui. qḋ vult vt vnus vnã
coniugẽ habeat carnalẽ: ergo ⁊ ſpũalem. arguendo de carnali
ad ſpũale. vt. vij. q. j. ſicut. eſt etiã cõtra rationẽ iuris canonici
et ciuilis. quo cauet vt vnus nõ poſſit eſſe in duabus militijs.
C. qui mili. nõ poſ. l. j. §. in poſterũ. nec plures habere honores
ff. ad munici. l. libertus. §. preſcriptio. nec gerere vicem duarũ
perſonarꝫ. de pac. ſi plures. nec in duabus ſocietatibus. de col
le. illi. l. j. §. ſi. nec ſimul aſſeſſor ⁊ aduocatus. vt. l. nemo. de offi.
aſſeſ. ⁊ de hoc etiã plene. lxxxix. diſti. ſingula. ⁊ alia ſi͂lia vide p
gloſ. in ſeq. c. ⁊ hic eadẽ in glo. ij. ¶ Scḋo not. φ iſte tex. phi=
2 bet pluralitatẽ dignitatũ ⁊ perſonatuũ. † Utrum ergo poſſit
quis ſimul habere dignitatem canoniã ⁊ prebendam. dic φ ſic
ſi hoc habet conſuetudo. ſ. de ↄſuet. c. j. li. vj. de pluribus pre=
bendis idẽ qḋ in perſonatibus ſaluo qḋ no. Io. an. ſ. ti. j. c. iij.
¶ Opponit Io. an. ⁊ videt φ poſſit quis habere duo officia
cũ poſſit vtriq̃ ſeruire ſicut libertus ſeruit duobus dñis in ea
dem domo. ergo ſimiliter duo officia in eadeꝫ eccleſia: ſed illa
quo ad officia nõ aduerſa nec ſe impedientia ſm̃ Hoſt.

a ¶ Plura bñficia. an quis poſſit habere plura bñficia aut officia ĩ eccl'ia ⁊ an ſit abſolute illicitũ vide Io. de tur. cre. ſ c. dñi. lxxxix. diſt.

¶ Opponit in ↄtrariũ.

1 ☞ Habens plures dignitates alterã eligere ⁊ alterã dimit
tere cõpelletur.
2 Canonicus regularis an poſſit fieri archidiaconus.

1 Preterea. † Habens plures dignitates: alteram eligere ⁊ alterã dimittere
cõpelletur. ⁊ narrat caſum quẽ corrigi mandat: ibi.
mandamus. colligit gloſ. arg. ex iſto. c. † φ canonicꝰ
2 regularis poſſit fieri archidiaconus. de hoc no. lviij. diſt. c. ij.
⁊. lxxxiij. diſ. quorũdã. ⁊. xvi. q. vij. in noua. Goſ. dicit φ iſtud
arg. nõ colligit hic. nã licet ambe iſte eccleſie ſunt ſeculares: tñ
debet exponi regulariter eſt pfeſſus. j. canonice. iij. diſt. canõ.
pmittendo prelatis ſuis obedientiã vt debuit. Hoſt. dicit φ
ambe iſte eccleſie ſunt regulares. ⁊ ſic nõ ſumitur arg. φ regu
lares poſſint eſſe in eccleſia ſeculari archidiac. facit qḋ not. in
deni. j. de elec. ⁊. ſ. de vi. ⁊ hone. cleri. deus qui. vbi etiã de hoc
¶ Scḋo no. φ datur optio habenti plura beneficia incõpaſ=
ſibilia: qḋ ex eis maluerit retinere. qḋ nõ habet locũ in religio
ſis qui nõ habent velle vel nolle. xij. q. j. nõ dicatis. ¶ Sed op
po. ⁊ videtur φ debeat retinere vltimũ ⁊ preciſe dimittere pri
mũ. ſ. e. de multa. dicit Io. an. φ ſtādũ eſt cõtrario ⁊ qḋ hic di
citur fuit de gratia. xxi. q. ij. ſi quis iam tranſlatus. In caſu tñ
ſpeciali etiã hodie habet locũ optio. ſ. de reſcript. gratia. li. vj.
poſſet etiã habere locũ tum ſcḋm beneficiũ eſt minus ⁊ vilius
ſm̃ Hoſt. qui dicit equum in ſcholis. fatetur tñ in iudicijs ⁊ in
curia ſimpliciter teneri decre. de multa. ⁊ ibi etiã de hoc ſuper
prima gloſ. in fine.

¶ Opponit in ↄtrariũ.

1 ☞ Electus ad ſecundam eccleſiã ſi nolit dimittere primã eli
gentes poterunt reſilire.
2 Titulum ſiue locum regulariter nemo poteſt habere in dua=
bus eccleſijs.
3 Conſentiens in vnũ põt poſtea reſilire.
4 Inueſtigatio an plures habeant curam aiarum inſolidum:
ad quid ſit vtilis.
5 Cõmittere curam quid dicatur.
6 Pluribus inſolidũ curã populi cõpetere nõ eſt abſonum.

1 Cum nõ ignores. † Si electus ad ſecundaꝫ
eccleſiã dimittere nolit primã: eligentes poterunt
reſilire. ⁊ p exordio ponit cauſam mandati. ſecun=
do mandatuꝫ: ibi. cum igitur. tertio ſoluit obſtaculũ. ibi. φ ſi.
¶ Not. primo φ iſte intendebat habere locũ in duabus eccle
ſijs. ⁊ intelligas locũ p prebenda. dicit φ requirebant reſiden
2 tiã. de quo dic vt eo. ti. j. c. ſi. ¶ Scḋo no. † φ in duabus eccle=
ſijs nõ põt quis habere titulũ ſiue locum: ⁊ hoc regulariter. ca
ſualiter vero poteſt in caſibus not. de elec. dudũ. ij. per Ber. ⁊
3 hic per Inno. per Goſt. de eta. quali. cum te. ¶ Tertio no.
† φ qui cõſenſit in vnũ põt poſtea reſilire cõtraria ſunt in glo.
¶ Opponit ⁊ videtur φ nõ liceat reſilire iſtis clericis: poſtq̃
ſemel cõſenſerunt in eũ. de elec. cũ inter canõ. viij. q. ij. dilectiſſi=
mi. cũ ſi. alle. in gloſ. So. vt in ea. vel dic φ [illegible] enſerunt verbis
exprimendo ↄſenſum: nõ tñ elegerunt. ⁊ ſic nullũ contrariũ. vt
c. cum ſit. de electio. vel ſm̃ Inno. a principio iſte preſbyter no
luit conſentire niſi haberet vtrãq;: poſtea mutato propoſito
volebat: ſed illi nolebant: ⁊ nõ coguntur. ar. ff. de iureiur. l. iij. ſi=
ne. iiij. vel ſm̃ Hoſt. poterant electores reſilire qꝛ ſuperior illiꝰ
prelati a prima eccleſia nolebat eũ abſoluere [illegible] licuit eis cõtra
factum ſuũ venire. qꝛ tale erat in quo diſpenſare nõ poterant:
nec id ſine pctõ ſeruare. iuxta no. in. c. diuerſis fallacijs. de de.
cõiug. ⁊ p Io. an. de cõceſ. preben. cũ ſuper. in glo. ex ↄceſſiõe.
¶ Scḋo op. dicitur hic φ vna eccleſia debet eſſe vnius ſacer=
dotis. contra primo videt φ in vna eccleſia poſſint eſſe plures
ſacerdotes inſolidum curã gerentes. vt in paduana: ⁊ multis
alijs eccleſijs parochialibus: cathedralibus: ⁊ cõuentualibus
⁊ in diffuſis parochijs. Solu. dicit Io. an. hoc nõ obſtat. qꝛ in
talibus reperitur ſuperior epus: q preeſt talibus ſacerdotibꝰ
vel capitulũ ſiue collegiũ ad cuius eſſe non requirit φ habeat
prelatũ. ff. qḋ cuiuſq; vni. l. j. ergo ſemp reperiet prelatus eccle
ſie: ſaltem eccleſia: ſaltem papa: qui ſuper omnes eſt. x. q. e. iij.
cuncta p mundũ. ⁊. c. per principalẽ. papa ergo epus vel colle
giũ erit prelatus illius eccleſie: vbi plures ſacerdotes gerunt
curam ⁊ inſolidũ. nam ⁊ collegiũ corrigit exceſſus ſingulorũ.
de offi. ordi. irrefragabili. §. exceſſus. ⁊ q̃nq; ipſm̃ collegiũ cõ=
mittit curã aiarum quibus vult: ⁊ qñ vult ad tẽpus ipſos etiã
remouẽdo: ⁊ alios ad id preficiẽdo: qñ placet. Sed tunc oppo
nes ſi ita eſt. ergo tex. iſte nõ habebit vnq̃ locum. ſi dicas ſem
per in vna eccl'ia poſſe plures ſacerdotes gerere curã aiarũ in
ſolidũ. cũ tñ iſtud. c. velit φ ſit vnius ſacerdotis. Sol. aliud eſt
in eccleſia plures eſſe: aliud eccleſiã pluriũ eſſe inſolidũ. ve no.
de hoc in ſi. ſ. de preben. c. j. in de. pluribus eni morari in eccle=
ſia eſt permiſſum vt digi: ſed eſſe pluriũ phibetur vna eccleſia
ſicut ⁊ vna prebenda. ſ. eo. maioribus. ⁊ ſicut vna vxor pluriũ
virorꝫ. vt. xxi. q. ij. ſicut vna. ⁊. c. in apibus. vij. q. j. tunc ergo di
cetur quis eſt curatus in eccleſia: qñ datur in perpetuũ a capi
tulo: vel a quocunq; alio: vel etiã hoc ipm̃ eſt de conſuetudine
φ quicunq; ſacerdos eſt in eccleſia habet curã populi: nec põt
ab illa ſine cauſa remoueri. ⁊ tunc videt ſm̃ Inno. talẽ ſacerdo
tem cenſendũ iure ſacerdotis curã aiarum habentis: ſiue dica
tur rector. de dona. cõſultationibus. ſiue vicarius. de off. vica.
ad hoc. ſiue dicat perſona. de reſcrip. ex parte. ad hoc de emã.
l. j. C. ⁊ ſm̃ Hoſt. adde qḋ no. de reſti. in inte. cũ ex literis. j. rñ.
4 ¶ Sed p clariori intelligentia predictorꝫ quero. † ad quid eſt
b vtilis iſta inueſtigatio plures habeant curã aiarum b inſolidũ.
modo primo de quo. ſ. vel vnus ſit perpetuus. vt. ſ. pxi. digi.
ſentiunt hic doct. φ qñ ſunt plures ſacerdotes in eccleſia mo=
do primo: iſti nõ dicant curam: nec cadant ſub cõſtitutione de
multa. ſ. eo. qꝛ ipſi nõ dicãtur habere curam aiarum: ſed colle=
gium. ⁊ hoc etiã not. Ioã. an. ſ. eo. de multa. in glo. ſciendũ. in
ſi. nõ ſubiacent etiã tales cõſtitutioni. licet canon. de elec. li. vj.
⁊ φ iſti plures ſic inſolidum curã gerentes nõ dicãtur habere
curam: patet qꝛ ſicut in carnali ita nec in ſpirituali põt habere
duos ſponſos eodẽ tpe. de ſponſa. duorũ. c. j. ⁊. xxi. q. ij. ſecum
vna. vbi eſt caſus. alias in vna eccleſia eſſent duo capita: quaſi
monſtrũ. de offi. ordi. qꝛ pleriſq;. nõ ob. φ iſti clerici exercerẽt
officiũ cure audiendo cõfeſſionẽ: baptiſando: ⁊ alia que ad cu
ram ſpectant. nã per hoc nõ dicunt habere curã. vt no. Inno.
5 in. d. c. de multa. † nam aliud eſt cõmittere curã: qḋ eſt qñ quis
tanq̃ prelatus ſuo nõie ſingulariter ad regimẽ eccleſie paro=
chialis aſſumit: aliud eſt cũ aliq aſſumunt nõ tanq̃ plati: ſed vt
ſint ibi perpetuo beneficiati. de filijs preſ. pãpoſuit. ⁊. c. ↄſtitu=
tus. de iure pa. poſtulaſtis. ſ. eo. ſignificaſti. de cler. nõ reſi. cũ
ad hoc. appellantur eni tales aſſiſij vt ibi. ⁊ habent ſimplex ex
ercitium ſiue miniſteriũ cure: ſicut de iure ciuili delegatus iu=
riſdictionẽ nõ habet: ſed exercitium tantum iuriſdictionis al=
teri competentis. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdic. l. j. §. qui
mandatam. ⁊. l. ſolent. de iuriſdi. oim iudi. ⁊ quod no. de loca.
⁊ cõdu. veſtra. ſicut refert aliquẽ ingenuũ eſſe: ⁊ iura ingenuita
tis habere: vt colligitur ex ſolutiõe duarum legum que ſimul
contradicere videntur. ff. de ritu nuptia. ſciendum. ⁊ de ſtatu
hoim. l. fina. ⁊ vtrobiq; no. facit pro hoc. c. ſtatutis. de electio.
lib. vj. ⁊ aliud eſt merces: aliud quod eſt loco mercis. ff. de ver
borũ ſignifi. l. merces. ⁊ aliud eſt eſſe exemptum: aliud priuile=
gia exemptionis habere. argu. de priuileg. ſi papa. ⁊. c. volen=
tes. ⁊ de verborꝫ ſignific. vemens. lib. vj. ⁊ illi cui conceſſum eſt
ius annulorum aureorum habet iura ⁊ priuilegia ingenuita=
tis: ⁊ tamen nõ eſt ingenuus. C. de iure annu. aure. l. ij. ⁊ eo. ti.
l. penul.

¶ Opponit in ↄtrariũ.

¶ Ponit queſtiones.

b ¶ Curã aiarũ. An epus principalr habeat curã aiarꝫ oim plebiũ ſui epatus: an vero ſacerdos parochialis. vide Ioã. de tur. cre. l. c. quecũq;. x. q. j.

l.penul.⁊ fina.⁊ aliud eſt religioſum eſſe:⁊ aliud priuilegia religionis habere.de ſenten.excōmu.religioſo.libro.vi.Ex quibus clare concluditur: ꝙ licet iſtis ſit cura conceſſa:tamen nō dicuntur habere curam animarū.⁊ ſic nō cadant ſub conſtitutione de multa.⁊.c.licet canon.⁊ ita conſuluit Oldra.conſilio lxij. ¶ Sed contra predicta poſſet ſubtilis legiſta opponere:
6 ⁊ videtur ꝙ nō ſit abſonum pluribus inſolidum curam populi competere ſicut pluribus tutoribus ⁊ curatoribus pupilli ⁊ adulti.ff.de adminiſtra.tuto.l.decreto.⁊.C.ſi vnus ex plu.tut.l.j.⁊.C.de auc.preſtan.l.fina.⁊ pluribus magiſtratibus iuriſdictio ⁊ cura populi.ff.ad municipa.l. magiſtratuum. et in omnibus incorporalibus: que actiue vel paſſiue pluribus debentur inſolidum.ff.de verboꝝ obliga.l.ij.⁊ facit famoſe hercisc.l.heredes.§.an ea.ad hoc.ff.de aſſig.lib.l.j.§.ſi quis.⁊ de ritu nupti.l.ſi quis tutor.in princ.ij.reſponſo.⁊ de offi. conſu.l.j.⁊ quod not.Ber.j.c.tue.cogita p ſolutione ⁊c.

1 ¶ Operari qui tenetur alicui debet recipere alimenta ⁊ nō preſtare operas ſuo victu.
2 Electus ad onus repelli nō debet a cōmodo.
3 Nomina debent eſſe conſequentia rebus.
4 Bona eccleſiaꝝ dicuntur eſſe patrimonium Jeſu Chriſti eius pretioſo ſanguine ⁊ ſanctoꝝ ſuoꝝ acquiſita.
5 Succeſſor in dignitate: tenetur ex culpa predeceſſoris.
6 Preſentati ab eccleſijs epiſcopis nō debent examinari ab ordinatore.
7 Examinatus ſemel iterū pōt examinari.
Approbatus ſemel iterū pōt reprobari.
8 Literis examinatoꝝ debet fides adhiberi.
9 Predeceſſor ſi fuit depoſitus vel tranſlatus: an ſucceſſor vel ipſe tenebitur ꝓuidere ordinato a ſe ſine titulo.

Cum ſm apoſtolū.

Ordinato per epiſcopum ad ſacros ſine titulo ⁊ nemine preſentante: ſucceſſor compelletur in neceſſarijs ꝓuidere: donec titulum habeat.pri° ponit exordiū:ex quo elicit editionem noui iuris:⁊ correctionem antiqui.ſecūdo ponit facti narrationem mandatum:⁊ cōminationē.ibi:inde eſt.
¶ Not.primo verbum apoſtoli:qui ſeruit altari ⁊c.quod ſcri-
1 bitur ad Corinth.ix.⁊ eſt argu. ꝙ ille qui tenetur alicui operari debeat recipere alimenta ⁊ nō preſtare operas ſuo victu. arg.immo caſus contra.ff.de operis liber.l.quod niſi.⁊ l. ſuo
2 victu. ¶ Secundo not. ꝙ qui ad onus eligitur repelli nō debet a cōmodo.quia onus concomitatur emolumentū.⁊ econuerſo.vnde adepto onere videtur adeptum emolumentuꝫ.vt l.alumne.§.ab heredibus.ff.de annuis lega.⁊.l.j.de cadu.tol.
3 ¶ Tertio nota. ꝙ nomina debent eſſe conſequentia rebus. concordat inſtitu.de donatio.§.eſt ⁊ aliud.⁊ argumentū ſumitur ab etymologia vocabuli.vt.l.ij.§.appellata.ff.ſi certū petatur.⁊.l.j.ff.de teſtamē.per Barto.⁊ dicit Joan.andr. ꝙ quilibet debet curare vt habeat bonum nomen:⁊ ſimiliter vitare nomen malum.vt.l.facta.§.ſi in danda.ff.ad trebel. ¶ Quar-
4 to nota ꝙ bona eccleſiarum dicuntur eſſe patrimoniū Jeſu Chriſti eius pretioſo ſanguine ⁊ ſuorum ſanctoꝝ acquiſita. et hoc conſyderet miſer prelatus:vt de talibus bonis nō luxurietur:nec dilapidet:ſed honeſte viuat:⁊ ſe ꝓcuratorē ⁊ diſpenſatorem.nō dominū arbitretur.ſupra tit.j.cum ad hoc.⁊.c.ij. de donatio.⁊ facit hoc ad not.per Jnno.ſupra de cauſa poſſeſſi.⁊ ꝓprie.cum ſuper.ſcꝫ penes quem ſit dominiū reruꝫ eccleſie.
¶ Quinto not. ꝙ de iure antiquo ordinationes facte ſine titulo erant nulle.ſcꝫ quo ad executionē nō quo ad characterē. dicit gloſ.per iſtud vero.c.benignius prouidetur. vt teneant: ſed ordinator prouidere tenebitur ordinato.etiā ad minores. quod dic vt ſupra.c.nō liceat. Jn iſta aūt prouiſione conſyderabitur perſone qualitas:⁊ conſuetudo loci:vt plus in anglia ꝙ̄ in prouincia aſſignetur etiam perſonis equalibus.ſm Hoſtien. Jtem habetur ratio facultatū quod dic vt.ff.de alimen.⁊ ciba.lega.⁊.legatis.⁊.l.cum alimenta.⁊ de vſu ⁊ ha.l. plenū.§.j. ¶ Sed incidenter hic queritur. dicit epiſcopus ordinato a ſe.volo tibi dare alimenta in domo mea ⁊ volo ꝙ mihi opereris.dicit ille:volo alibi:et nō operari.quid erit.nō determino:ſed remitto ad nota.in ſimi.ff.de alimē.⁊ ciba.lega.l. que-
5 ro.⁊.l.ſicut.de ope.liber. ¶ Sexto not. ꝙ ſucceſſor in dignitate tenet̄ ex culpa predeceſſoris.de quo dicam poſt H. ¶ Secundo no. ꝙ ita demū tenetur qui ordinauit ſine titulo prouidere ſi ordinauit nemine preſentante: alˀs tenebitur preſentator primo.vt hic innuit.c.colligit ex hoc Joan.andre. ꝙ pre-
6 ſentati ab alijs epiſcopis nō debent examinari ab ordinatore de hoc.ix.q.ij.epiſcopum.⁊ hoc patet.quia prouidere nō tenetur:ſi tamē ſciret eos crimīnoſos peccaret eos ordinando ſm
7 Jnnoc. ¶ Octauo not. ꝙ ſemel examinatus iterum examinatur.et ſic poſſet reprobari ſemel approbatus. vt in iuribus allegatis in gloſ.ſi ſcriberetur. ¶ Nono not. Joan.andre.hic caſum in quo ſufficit ꝙ quis citetur legitime: quo nō comparente poteſt procedi ad examinationē ⁊ condemnationē.⁊ facit iſte textus contra illos qui beneficia conferunt non citatis his quos res tangit.contra quos eſt hic argu.⁊ ſupra de eta.⁊ quali.accepimus.⁊ de maioꝛi obedi.intra quatuor. ¶ De-
8 cimo not. ꝙ creditur literis examinatoris.ſic ſupra de renuntia.in preſentia.de probatio.poſt proceſſum.de re iudic.ad probandum.de cenſi.ſopite. ¶ Opponitur. dicitur hic ꝙ ſi predeceſſor fecit ordinationem ſine titulo ſucceſſor tenebitur prouidere contra crimina morte extinguuntur.vt in iuribus allegatis in gloſ.Sol.vt in ea ex qua collige ꝙ ſi delictum eſt cōmiſſum cōmunicato concilio eccleſie tenebitur ex delicto tali ſucceſſor in dignitate.examinaui plene infra.c.dilectus. de ſimo.⁊ facit quod not.ſupra de ordine cogniti.cum dilectus.⁊ Barto.tangit in.l.j.ff.de priua.delic.eſt alia ſolutio: ꝙ ideo cogitur prouidere ne in opprobrium cleri ⁊c.ad hoc ſupra de renūtia.ad ſupplicationē.⁊ ꝙ fauorabile eſt augere cultū diuinū.⁊ ſic numerū clericorum.ſupra de conſtitu.ex parte.⁊ quia pauperibus clericis in vita prouidere poteſt.xvj.q.j.poſſeſſiones ⁊ quia bona clericorum ſunt pauperum.xvj.q.j.c.fina.ſm Jnno.ex quibus rationibus inferas: ꝙ ſi clericus ſine titulo ordinatus habeat vnde viuat:ceſſabit.⁊ iſta compulſio de qua hic quod dic vt not.infra.c.ſi epiſcopus eo.libro.vj.vbi de hoc in gloſ. ¶ Secundo oppon.⁊ videtur ꝙ ordinator nō teneatur prouidere ordinato.cum eſt vterꝗ fuerit in culpa: videtur ꝙ culpa cum culpa debeat compenſari:ſicut dolus cum dolo.vt l.ſi ambo.de compenſa.⁊ preſertim quia deteriori loco eſt qui in pari delicto ſuſtinet partes petitoris et certat de lucro. vt eſt ordinatus.vt.l.apud celſum.§.marcellus.ff.de doli excep.
Sol.vt nota.infra de adulte.intellegimus. ¶ Quero:dicitur
9 hic ꝙ ſucceſſor tenetur ꝓuidere. ſed pone ꝙ predeceſſor fuit depoſitus vel tranſlatus: an ſucceſſor vel ipſe tenebitur prouidere ordinato a ſe ſine titulo.dicit Joan.andr. ꝙ ipſe ⁊ nō ſucceſſor.⁊ ſic factum fuit in eccleſia ambianen.nam ſi preſentator prius tenetur ꝙ̄ ordinator vt hic a contrario ſenſu:multo magis ordinator prius ꝙ̄ ſucceſſor.immo plus videtur ꝙ ſi ordinator habet de proprio patrimonio:de illo prius ſibi debeat prouideri ꝙ̄ ſucceſſor cogatur plus etiam ſubiungit.ſcꝫ ꝙ heredes ordinatoris teneantur prius. Jſta enim obligatio inter ordinatorem ⁊ ordinatū oritur ex quaſi contractu.⁊ ſic tranſit ad heredem.vt inſtitu.de obliga.que ex quaſi contrac. Jdem dicas ꝙ ſic ex maleficio iuxta no.in.c.fina.de ſepultu. Jn ſubſidium ergo ad ſucceſſorem deſcendit iſta obligatio vt ex predictis apparet. ¶ Secundo querit gloſ.ſi beneficiū collatum per epiſcopum euincatur:an teneatur de euictiōe.dicit ꝙ aut ſcienter contulit ⁊ tenetur:aut ignoranter ⁊ tenetur nō de euictione:ſed ex generali illa equitate qua ordinator cogitur ordinato prouidere.de hoc no.j.c.pxi.⁊.vij.q.j.preſentium.⁊ infra.c.ſi beneficia.lib.vj.

1 ¶ Beneficiati poſſunt inter ſe beneficia permutare cum authoritate ſuperioris.
2 Beneficium alicui cōferendum authoritate apoſtolica: nō poteſt epiſcopus alteri conferre.
3 Permutans beneficium cuꝫ alio anteꝗ̄ adipiſcatur poſſeſſionem beneficij ſibi debiti ex cauſa permutatiōis nō pōt ad ipſu agere contra tertiū poſſeſſorem.
4 Papa ſi mandat ordinario ꝙ conferat vni: ipſe vero confert alteri:an teneat eius collatio.
5 Capitulum ſi eligit aliquem in canonicū: ⁊ ad prebendā cū ſe facultas offerret:deinde vacantem prebendam alteri cōtulit: an poterit iſte ab illo cui facta eſt collatio aduocare.
6 Epus ſi contulit beneficium quod poſtea eſt euictū:an teneatur de euictione.

Jnter cetera.

Js qui hoc ignoranti ſcienter contulit prebēdam quam non potuit:illa euicta compelletur illi conferre quam poterit.et ſunt due partes. prima narrat factū.ſecundo mandat:decernit: ⁊ cauſam exprimit. ¶ Not.primo ꝙ quādoꝗ quis reſignat officiū cau-
1 ſa permutationis. ꝙ et ſic beneficiati poſſunt inter ſe beneficia
a permutare cum authoritate tamen ſuperioris[a] que hic interceſſit.ſcꝫ pape ad hoc infra de rerū permu.queſitū. ¶ Secun

Marginal notes:
¶ Opponit in contrariū.
¶ Ponit queſtiones.
a ¶ Cū aucte ſuperioris. ſine eius tū aucte nō valet.ex.j.de.j.de re.pm. niſi fiat de dualᵒ ꝓbēdis iter duos canonicos ia eadē eccſia vt ibi p Cardi. in iij. oppoſi. Jnn.in.c.ꝗ ſitū.eo.ti.⁊ ſuperior illic intelligit epus.

2 do no.† ꝙ beneficiū alicui conferendum authoritate apoſtoli
ca epiſcopus nō poteſt alteri conferre. de quo per docto. infra
c. dilectus. ⁊ de conceſſi. preben. ſi ſoli. hic tamen nō principali
ter ex eo ꝙ authoritate apoſtolica alteri conferēdum erat: ſed
ex eo ꝙ beneficia vacantia ex cauſa permutationis nō poſſunt
conferri alijs ꝙ̄ permutare volentibus: fuit collatio epiſcopi
retractata. quod eſt expreſſum hodie iure nouo. infra de rerū
permu. c. j. nam etiam expectātibus apoſtolica auctoritate be
neficia ex cauſa permutationis vacantia nō debētur. in cle
j. de rerū permutat. ⁊ hac ratione collatio epiſcopi fuit nulla.
eſt ⁊ ſecunda ratio. quia epiſcopus recepit mandatū de confe
rendo iſtam prebendā huic. M. conferendo igitur. P. exceſſit
fines mandati. ergo nō tenuit quod fecit. de officio deleg. cū
olim. vel melius ſm Inno. papa negotium permutationis ad
ſe reuocando in his que veniebant in pmutatione iuriſdictio
nis ordinarij reuocaſſe videtur. in. q. vj. dudum. de offic. lega.
licet hodie nō eſt dubium ꝙ talis collatio epiſcopi eſt nulla fa
cta alteri de beneficijs vacantibus ex cauſa permutationis vt
dixi. ¶ Tertio nota ꝙ papa Celeſtinus omnia retractauit: ⁊
que fuerint iſta omnia. dic primo: ꝙ collatio epiſcopi facta. P.
Item oia acta litē habita inter. M. agentē contra. P. et ipm
P. ratio: quia iſti. M. ꝙ̄ dictum beneficiū collatum. P. debere
tur ex cauſa permutationis: tamē ante traditionem ſibi factā
nō habebat ius in re ad ipſum beneficium. Ideo ſine actione
agit: ⁊ per conſequens oia retractata fuerunt. vt. c. examinata
de iudi. ⁊ l. ſi pupilli. §. videamus. de nego. geſt. Sed tunc op
ponēs. ſi ita eſt ꝙ. M. nō habet ius in dicto beneficio ſibi debi
to ex cauſa permutationis. ergo iſte. P. debuit in dicto bene
ficio remanere. poſſeſſor enī a poſſeſſiōe nō remouetur ſi acto
ri actio contra eum nō competit. vt. l. res alienas. C. de rei vē
dica. ⁊ l. j. ⁊ ſeq. ff. vti poſſi. Solu. licet cōtra. P. actio nō com
peteret iſti. M. tamen collatio ſibi facta per epiſcopum debuit
retractari. quia fraudulenter recepit ſciens alteri debitū: vel
poſito ꝙ nō fuiſſet in fraude: tamē priuaretur. quia fraus nō
ipſo facto interuenit. ⁊ quia talia nō recipiunt intereſſe: ad qd
agi poſſit contra ordinariū collatorem. C. de rerum permu. l.
iiij. nec ad beneficiū qd reſignauit poterat agere cum ipſum
nō haberet ille per quem permutatio impeditur. ⁊ cum omne
ius amiſerit renuntiando. vij. q. j. ꝙ̄ ſit. vnde contra. P. nō cō
petit actio nec eſt aliud remediū: niſi ꝙ omnia retractent offi
cio iudicis ſubrogato in locum deficientis actionis. vbicunq
equitas ſuadet actionem dari. ſupra de offi. iudi. c. fina. ⁊ ſic nō
obſtat. ff. de eo per quē factum erit. l. ſi. ⁊ l. eleganter. §. ſeruus.
3 pactionis. ff. de dolo. † Ex predictis apparet ꝙ ille qui ſuū be
neficium cum alio permutauit: anteꝙ̄ adipiſcatur poſſeſſionē
beneficij ſibi debiti ex cauſa permutationis: nō poteſt ad ipm
agere contra tertium poſſeſſorē. ⁊ bene probatur hic. tamen
Inno. ⁊ Hoſti. dicunt ꝙ ſpeciale eſt in beneficijs ⁊ ſpirituali
bus. vt a quocūꝗ peti poſſint facta permutatiōe beneficiorū
poſtꝙ̄ ſuperioris authoritas interuenit. et maxime authoritas
pape. vt ſic ſtatim ius habeant permutantes. licet ſecus ſit in
rebus corporalibus ſm Inno. ad hoc allegat Hoſti. j. de rerū
permut. queſitum. ⁊ C. eo. l. ex placito. videtur enī authoritas
ſuperioris in permutationibus ſuccedere loco cuiuſdam col
lationis: poſtꝙ̄ certum eſt ꝙ collatio facta alteri eſt nulla. vt
c. ſi tibi abſenti. ⁊ quod ibi not. infra eo. titu. lib. vj. ⁊ bene facit
ad hoc. c. cum bertoldus. ſupra de re iudica. ⁊. in hoc reſident
hic docto. Sed ad illum textū nō reſpondent. quare lis mota
contra. P. per. M. retractata fuit: ſi habuit ius petendi bene
ficium permutantis cogita. et quia in illo. c. non fit mentio de
W. quem debemus preſupponere habuiſſe beneficiū dicti. M.
vt ſentiunt hic docto. datur intelligi ꝙ ſi permutans ſuum be
neficium tradat ipſum ⁊ obtinere nō poſſit beneficium permu
tantis ſecum: ad ſuum tñ nō reuertitur: nec recuperat. facit. c.
Ponit queſtiones. cū inter. R. ē. de electio. ⁊ infra de condi. appoſi. c. iij. ¶ Que
4 runt hic docto. † Si papa mandat ordinario ꝙ conferat vni:
ipſe vero confert alteri. an teneat eius collatio. ⁊ diſtingue. nā
quandoꝗ in mandato ſuo appoſuit decretum: ⁊ tunc collatio
ordinarij facta alteri eſt nulla. ⁊ hoc clarum. quandoꝗ non eſt
decretum appoſitum. ⁊ tunc aut ille cui conferri mādat eſt re
ceptus in canonicū ⁊ idem: quia collatio ordinarij eſt nulla. in
fra eo. ſi poſtꝙ̄. ⁊. c. cum cui. ⁊. c. ſi apoſtolice. lib. vj. quandoꝗ
nondū eſt receptus. ⁊ tunc aut nondum ſuas literas preſenta
uit. ⁊ tunc valet collatio capituli facta alteri ante mandatū re
ceptum: etiam ſi ſciuiſſent mandatum: quod ad eos dirigitur
licet hoc caſu alter puniretur. infra eo. dilectus. quandoꝗ cō
ferunt alteri poſt receptum mandatū ⁊ appellationē interpo
ſitam: ⁊ nō valet. quia faciunt contra appella. vnde hoc reſpe
ctu vel per modum attētati reuocabitur collatio. infra de ap
pella. nō ſolum. lib. vj. ⁊ ſupra de appella. an ſit. ¶ Querit In
5 no. † Capitulum elegit aliquē in canonicū: ⁊ ad prebēdam cū
ſe facultas offerret: deinde vacantem prebendam alteri contu
lit: an poterit iſte ab iſto cui eſt facta collatio aduocare: vide
tur ꝙ ſic. quia canonici nō poterūt variare ſicut nec patronus
clericus. infra de iure patro. cum aūt. contrariū tenet Io. an.
poſt eum. quia capitulū nō poteſt conſtituere ius in beneficio
vacaturo: ideo variare poſſunt. vt argu. l. ſi conuenerit. ff. de iu
riſdi. om. iudi. Non obſtat. c. cum aūt. quia loquitur in patro
no clerico preſentāte ad vacans beneficium. ⁊ ſic variare non
poteſt: ſicut nec canonici conferentes vacantem prebendā. vt
c. cum inter canoñ. de electio. queſtio noſtra loquitur cum da
tur ſpes ad beneficiū vacaturum. ideo variare poſſunt: ⁊ aliū
eligere ad prebendam vacantē ſm eos. ⁊ hec deciſio eſt contra
id quod ſupra tenet. ſcꝫ ſine traditione transferri dominiū in
iſtis ſpiritualibus. Nam ſi per iſta pmiſſa facta recepto in ca
nonicum cum ſe facultas eſt de iure valida vt ſentit iſtud. c. er
go offerente ſe facultate per vacationē prebende. quaſi adue
niente cōditione eſſet tranſlatum dominiū. ⁊ ſic collatio facta
alteri nō teneret. vt in. c. ſi tibi abſenti. eo. titu. lib. vj. ſicut con
tingit in dominio rei legate ſub conditione qua exiſtente do
miniū in legatariū ſtatim transfertur. vt. l. fundo. ff. ad legem
6 falci. ⁊ l. a tytio. de furtis. ¶ Vltimo not. poſt gloſ. † ſi epiſco
pus contulit beneficium quod poſtea eſt euictum: an teneatur
de euictione. text. iſte probat ꝙ ſic. ſed diſtingue: ꝙ aut vterꝗ
ſciuit. ſcilicet epiſcopus ⁊ ille cui facta eſt collatio colla. nullā ⁊
nō tenetur quaſi dolus cum dolo compenſetur. et quia in re
bus prophanis contrahens mala fide nō habet regreſſum de
euictione. vt. l. penul. C. de euict. Aut vterꝗ ignorauit: ⁊ tunc
aut epiſcopus contulit iſti ordines ⁊ beneficiū ⁊ tenetur iuxta
formā. c. cum ſm. ſupra eo. aut contulit beneficium tantū. ⁊ nō
tenetur: quia donatarius nō agit de euictione. vt. l. ij. de euic.
Aut alter tantū ſciuit: ⁊ tunc ſi epiſcopus ⁊ tenetur de euictio
ne vt hic. aut ille cui eſt facta collatio: ⁊ nō tenetur. quia mala
fide accepit: ideo non habet recurſum de euictione vt. ē. dixi.

1 ¶ Opponenti plura contra electū ſufficit probare alterum
qd ad caſſationem ſufficiat.
2 Electus poſt confirmationē de cuius viribus in iudicio diſce
ptatur poteſt adminiſtrare lꝫ eius efficacia pēdeat ex futuro.
3 Plura ſi deducuntur quoꝝ vnū quodlibet ſufficit ad victoriā
cauſe: vnum tñ probare ſufficit.
4 Canonicus vnus licet p defenſione eccleſie ſe opponat: tñ ſen
tentia formanda eſt in perſonā eccleſie nō ipſius canonici.
5 Pluralitas beneficiorum ſi obijciatur et probatur ad exclu
ſionem electionis: ipſa tantum electio caſſatur: nō aūt ab illa
pluralitate remouetur.
6 Plures prebendas an quis poſſit obtinere de iure cōmuni.

1 Cum iamdudū. † Opponenti plu
ra contra electū
ſufficit alterū probare quod ad caſſationem ſuffi
ciat. hoc dicit. Tria facit. primo ponit ſex que op
ponuntur contra electum. ſecundo diffinitionē queſtionis cō
ditionalem. tertio reſpondet. tacite obiectioni petebat iſte. I.
confirmationē electionis nō obſtante caſſatione prime confir
mationis: que facta fuerat propter iudiciarium ordinem nō ſer
uatum. ⁊ ideo ius ſuum remanſit ſaluum ex electione queſitū.
infra de elec. ſi confirmatus. lib. vj. vel petebat contradictor cō
firmationē caſſationis. ad quam iuſtificandam inducebat que
ſequuntur ſm Inno. primū plus placet Hoſti. qui dicit id col
ligi ex antiqua: ⁊ probat verbum obiecta fuerunt ⁊c. quaſi iſte
ſe opponeret excipiendo nō principaliter petendo confirma
tionem caſſationis. non enī forte poſſet confirmatio ſententie
que petitur iuſtificari ex cauſis nō deductis in priori iudicio.
quod dic vt not. Inno. ſupra de confirma. vtili vel inutili. c. ij.
hoc etiam probat verbum ab impetitione ipſius ⁊c. ex vtroꝗ
tamen intellectu not. ꝙ contra electū poſſunt canonici electio
nem impugnare tam principaliter agendo ꝙ̄ per viam excep
tionis. quod dic vt not. Inno. infra de excep. cum inter poſ
ſeſſorē. ⁊. c. dilecti filij. ē. ¶ Nota primo ꝙ contra iſtū. I. fue
runt obiecta ſex que ponit text. multitudinē dignitatū: ambi
tionem: auaritiam: ingeſtionē: adminiſtrationē ante cōfirma
tionem: ⁊ poſt ipſius caſſationē. ex hoc colligitur ꝙ ad exclu
ſionem electi plura poſſunt crimina ⁊ defectus opponi in quo
rum oppoſitione hodie traditur certa forma in. c. vt circa. de
electi. lib. vj. ⁊. c. qui contra certam. ⁊. c. procurator. eo. tit. c. cō
queſtionem. vt circa. ¶ Secundo not. tex. ibi ſicut poſt confir
2 mationē caſſatam. † a cōtrario enī ſenſu innuit iſte tex. ꝙ poſt
cōfirmationē

confirmationẽ de cuius iuribus in iudicio diſceptatur poſſit quis adminiſtrare licet eius efficacia pendeat ex futuro. ⁊ hoc credo veruʒ: ſi poſt confirmationẽ ⁊ adeptam poſſeſſionẽ ſuper confirmatione queſtio moueatur: que nõ poteſt moueri niſi per viam accuſationis: denunciationis: ⁊ inquiſitionis: interim tamẽ dum pendet hec queſtio pro prelato debet haberi vt. c. nõne. viij. q. iiij. Si vero petatur confirmatio electionis: ⁊ ab ea obtenta appelletur nõ poterit adminiſtrare. quia appellatione dicta confirmatio eſt extincta. facit. l. furti. ff. de his qui not. infa. ⁊ ſupra de appella. c. ſepe. vbi vide. ¶ Tertio no

3 ta ꝙ ſi plura deducuntur: quoꝝ quodlibet ſufficit ad victoriam cauſe. vnum tamẽ probare ſufficit: etiam ſi fuerint copulatiue deducta. vt hic: ⁊ ſupra de reſcrip. c. ij. ⁊. l. tytia. ſolu. matrimo. hoc eſt verum: niſi ſe ad omnia probãda aſtringerit. qḋ non preſumitur. quod dic vt ſupra de probatio. licet cauſam.

4 ¶ Quarto nota. ꝙ licet vnus canonicus pro defenſione eccleſie ſe opponat: tamẽ in perſona eccleſie eſt formanda ſententia nõ ipſius canonici defenſoris. dicunt tamẽ doct. ꝙ hic maior pars eccleſie ſe opponebat. quod an poſſit contra electum a ſe vel venientẽ ab authoritate pape. dic vt ſupra de reſcrip.

5 mandatũ. ¶ Quinto not. ꝙ ſi obijcitur ⁊ probatur pluralitas beneficioꝝ ad excluſionẽ electionis: ipſa tantum electio caſſatur: nõ autẽ ab illa pluralitate remouetur donec iudici ꝓbationem exceptionis conſtet ipſum illicite detinere. et eſt no. hoc in materia beneficiali. vbi videbatur dicendum oppoſitum: cum in tis iudicis officium multũ poſſit. vt. c. cũ nobis olim. ſupra de electi. ⁊ forte ſi conſtaret per confeſſionẽ ipſius de tali multitudine priuaretur. ⁊ intellige hunc textũ ꝙ cõſtitit per probationẽ teſtium: vel inſtrumenta. ⁊ ſic nõ ſufficiunt ad crimẽ puniendũ per viam exceptiõis intentatã. argu. not. per Inno. ſ. de excep. c. j. ⁊ de confeſſo. c. ij. ¶ Uenio ad que

Ponit queſtiones. ſtiones originaliter Inno. quẽ Ioã. an. ad literã hic proſequitur. ⁊ idẽ dñs Io. de lig. ego aliter ordinabo. queſtio ergo eſt

6 ꝙ an de iure cõmuni poſſit quis obtinere plures prebendas. videtur ꝙ ſic. argu. huius. c. vbi ꝓhibetur pluralitas dignitatum ac prebendarũ. ergo nõ prebendarum tantũ. ad idẽ infra c. de multa. vbi emanauit ſpecialis prohibitio in curatis: perſonatibus: ⁊ dignitatibus. ergo de alijs videtur pluralitatem tacite conceſſiſſe. de iudi. l. cũ pretor. de preſump. nõne. nam ſi idem intellexiſſet de prebendis: hoc expreſſiſſet. de deci. ad audientiam. ꝓ iſta opi. adducit Hoſt. l. quoties. ff. de actio. ⁊ ob. ⁊. l. j. §. ſciendum. C. de rei vxo. actio. ⁊ ſupra de reſcriptis. dilectus filius. ij. vbi illo. ij. in tribus epiſcopatibus retinebit beneficia. ad idem ſupra de ꝑcurato. ex inſinuatione. de elect. eccleſia. ij. ⁊ de ſentẽ. excõ. c. officij. vbi in eadem perſona habent ius diuerſi prelati. quod nõ poteſt ꝯtingere niſi ratione diuerſorum beneficioꝝ. ad idem de teſtamẽ. relatum. ij. ⁊ de religio. domi. c. ſi. vbi pluralitas iſta ſpecialiter ꝓhibetur religioſis. ergo ſecularibus videtur conceſſum. vt dicta. l. cum pretor pro hac parte facit generalis conſuetudo quam papa ſcit ⁊ tolerat. ergo facit ius conſuetudo talis cõiuncta patientia ſuperioris. vt. l. de quibus. ff. de legi. multi enĩ damnarẽtur ſi contrarium diceremus et ſanguinẽ extrahit qui nimiũ emungit. iiij. diſtin. leges. vbi legibus per deſuetudinẽ derogatur. vt in

Arguit in cõtrarium. prohemio inſtitu. ⁊ in auctẽ. de here. ⁊ fal. §. j. alle. j. ¶ In contrarium faciunt rationes ⁊ iura ⁊. j. c. ſanctorum. lxx. diſtin. vbi etiam ex diſpenſatione epiſcopi non poteſt eſſe prebendarius in diuerſis eccleſijs. ⁊. lxxxj. diſt. epiſcopi. xvi. q. j. presbyteros. ſ. eo. cum nõ ignores. j. de conceſ. prebẽ. literas. ſecũdo probatur ſi diceremus contrarium ſequeretur perplexitas ⁊ abſurdum. pone enĩ habenti prebendas in diuerſis epiſcopatibus vnus mandabit ꝙ reſideat: alius ꝙ vadat pro factis eccleſie. ⁊ nulli ex duobus dominis cõtrarijs ſeruire poteſt. xxvi. diſtin. c. ij. tertio ꝓbatur: quia laico nõ ſubiecto nõ debet quis cõferre eccleſiaſtica ſacramẽta. de penitẽ. omnes. de conſecra. diſt. v. nõ oportet. de parochi. c. ij. cum ad hoc. lxxj. diſtin. primatus. vbi nedum clericum: ſed nec laicum extraneũ debet quis recipere ſine cõmendatitijs literis. pro hoc facit ratio naturalis: nam ſingule prebende requirunt ſingulos actus ⁊ miniſtros: ⁊ tenẽtur canonici ad reſidentiam vt aſſiſij. ſupra de cleri. non reſiden. c. penul. ad debet eſſe numerus plenus: adeo vt in temporalibus locis in defectum ſpurios admittimus. ff. de decur. l. generaliter. §. ſpurios. nec poteſt quis a loco recedere. ff. de decurio. l. j. nam ſicut in caſtris vbi requiritur numerus. x. ad cuſtodiam vnus nõ ſufficeret: ita nec in beneficijs: vt patet in aucten. vt de. qui rec. colla. vj. pro hoc faciunt iura ꝓhibentia duas militias: duos honores: duo collegia ſecularia. de quibus iuribus not. ſupra. c. preterea. Quid dicendũ Innoc. per prima iura tenet primã opinionẽ ꝙ de iure poſſit quis habe-

a re plures prebendas[a] nam. c. ſanctorum. ⁊ alia iura que prohibent pluralitatem. debẽt intelligi de pluralitate que ſonat in vitium ⁊ ex qua auaritia ⁊ ambitio denotatur illorum qui nõ ꝓpter deum: nec propter vtilitatem eccleſiarum: ſed propter fructus tantum ipſa tenẽt. quos cum tali intentione nec de iure cõmuni nec ex diſpenſatione tenere poſſunt. ſi quis aũt non attendat ꝓpriam cõcupiſcentiam: ſed ſolum deum ⁊ vtilitatẽ eccleſie: nec honorẽ: ſed onus appetat talis ſine aliqua diſpẽſatione poterit retinere plures prebendas. dũ tamen reſidentiã nõ requirant. viij. q. j. in ſcripturis. ⁊. c. qui epiſcopatum. omnimodo pſona bona ſit: ⁊ induſtrioſa ⁊ literata: que melius ſciret decem eccleſias regere: ꝙ̄ alius vnam. ⁊ magis hoc caſu ꝓuidetur eccleſie ꝙ̄ perſone. hic enĩ publica vtilitas priuate prefertur. vij. q. j. mutatione. nec tamẽ de eius promotione dubitatur ⁊c. lxj. diſtinctione. miramur. ꝓpter fauorẽ ergo eccleſie nõ perſone ſit conceſſa pluralitas prebendarum. non obſtat ꝙ nõ poterit duobus ſeruire contraria mandantibus. reſpondetur enĩ ꝙ obediet primo. quia ſecundus videtur eum ſub illa conditione elegiſſe. vt primo ſemper obediat. argu. l. in operis. ff. locati. niſi forte ſecunda eccleſia multum egeret eius ſeruitio: ⁊ prima modicum aut nihil: aut eſſet periculum in mora: tunc enĩ ſecundo parebit: nec eſt malicijs hominũ indulgẽdum. vt. l. in fundo. ff. de rei vendica. vel reſponde: ꝙ primam prebendam dicitur habere in titulum: nõ ſecundam. hec ratio nõ placet. quia in vtraqꝫ diceretur intitulatus. Non obſtat ꝙ nõ debet ſecundus recipere alienum clericũ. quia poſtꝙ̄ contulit ſibi prebẽdam: nõ eſt alienus. Non obſtat ꝙ nõ debet recipere ſine literis cõmendatitijs. vt. c. primatus. quia loquitur de clericis et laicis ignotis. noti enĩ fruſtra requirerentur ſm Inno. qui concludit ꝙ licite ⁊ de iure poſſit quis habere prebendam ſine diſpenſatione. Hoſti. ⁊ Gofr. tenent contrarium ⁊ ꝙ nullus poſſit plures prebendas habere in titulum. adducunt rationes ſecundo loco factas ſupra. ⁊. C. de pactis dotal. l. ſi mulier. et ad municipa. l. municipes. nec in hoc ſm Gofre. poſſunt diſpenſare prelati. vt dicto. c. ſanctorum. Hoſti. tamẽ dicit ne tanta multitudo damnetur epiſcopus diſpenſare poterit in pluribus prebendis habendis in beneficium nõ in titulum. ⁊ ꝙ poſſit illam diſpenſationẽ facere etiaʒ ob prerogatiuam meritorum. vt in duplicibus ſit adepta diſpenſandi facultas: nõ in ſimplicibus. ⁊ ſi he prebende ſint in diuerſis epiſcopatibus vtriuſqꝫ epiſcopi diſpenſatio requiretur. l. iuriſperitos. §. cum oriundus. de excuſa. tuto. ⁊. c. cum illoꝝ. §. ſi vero. de ſentẽ. excõ. In vna aũt ipſarum ſeruiet per vicarium cũ competenti portione. in. c. propoſuiſti. infra de conceſ. preben. literas. cuius opinionẽ ſequitur Uincen. ſed Abbas cum magiſtro videtur adherere Inno. Ioan. an. remittit ad not. per eum. infra de reſcrip. gratia. lib. vj. vbi dicit remiſiſſe ad Spe. iſta diuerſitas inter Inno. ⁊ Hoſtiẽ. nõ conſiſtit niſi in hoc: ꝙ ex iuſta cauſa poteſt quis habere de iure cõmuni ſine diſpenſatione plures prebendas: ⁊ ſine iuſta cauſa nõ poteſt etiã cuʒ diſpenſatione. ſm Inno. Hoſti. vero vult ꝙ cum diſpenſatione poſſit iuſta cauſa ſubſiſtente: ſine diſpenſatione autẽʒ nullo modo modica diſſentio eſt iſta de facili ſupplenda. ſcilicet per diſpenſationem. vbi iuſta ſubſit cauſa que exigitur vt obtinere valeat ſm eos.

¶ Plures prebendas. dic ꝙ in cadẽ eccl'ias hr̃e nõ põt. l. c. lr̃as. de ꝯceſ. prebẽ. Oldra. ꝯſ. dxxj. imo vna vacat ipſo iure ꝑ ĩpetratõeʒ alteri[9]. bar. in. l. eis. ṽ. vlt. no. C. q̄ mil. nõ po. lib. xij. ⁊ ibi dẽ Rebuffi nu. 2. ṽ. duas ꝑbẽdas.

1 ¶ Superior poteſt ſe interponere ſuper cõpoſitione diſcordie inter partes.
2 Recipi põt quis ſtatim in canonicũ ſub ſpectatiõe prebende.
3 Receptus in canonicum debet habere prebendã cum ſe facultas obtulerit.
4 Pactum factũ cum recepto in canonicũ cõferendi ſibi prebendam cũ ſe facultas obtulerit an valeat.
5 Receptus vltra numerũ prebendarũ debet recipere quotidianas diſtributiones. Et quare magis poſſit illas petere: ꝙ̄ prebendas poſtea vacantes. nu. 6.
7 Portiones que diuiduntur inter canonicos qualiter cognoſcantur ſint priuilegiate vel non.
8 Recepti vltra numerũ quot dicantur multi vel pauci.
conſultatio. In ſecunda reſponſio. ibi: taliter reſpondemus.
prima facit quatuor. primo ponit partium cōpromiſſum. ſcd̄a
vnius partis allegationem ibi: dicti monachi. tertia ibi: econ
trario. allegationem partis alterius. quarta ibi: quia vero. cō
ſultationē arbitrorū. ſecunda principalis facit alia quatuor ꝓ-
mo reſpondet ad conſultationē. ſecundo ſoluit: ⁊ concordat
contraria. tertio reſponſionē corroborat. quarto illam deter-
minat. ſcd̄a ibi: autoritates. tertia ibi: nam. quarta ibi: hic autē
¶ No. primo quod monachi allegabant hic titulū ſue poſſeſ
ſionis: cum tamē eſſent rei. ⁊ hoc ideo quia intētio eccleſie ſan
cti ſtephani erat fundata de iure cōmuni. Ideo releuatur ab
onere probandi. ⁊ reus probare tenetur quomō iuſte poſſidet
alias preſumitur vſurpaſſe. vt. ſ. de reſtit. ſpo. ad decimas. lib.
vi. ⁊ e. contra morē. c. vi. Intentio autē eccleſie ideo eſt funda
ta de iure cōmuni: quia cum eſſet infra limites ſue parochie
ad ipſam ſpectat de iure cōmuni. quod dic. vt. ſ. de deci. cū con
1 tingat. ¶ Secundo not. ꝙ qō de cauſa decimarū que eſt ſpiri-
a ¶ Cōpmitti. Adde an in. de bu. in c. p tuas. de arbit. io. de Imol. in c. decernim⁹. de indi. pa. nor. in c. no bis de iure pat. Ale. in ꝯſi. xc. ij. vo Pe. de anc. ꝯſ. xciiij. ale cōſi. lviij. iiij volumine.
a tualis poteſt in arbitrū ꝯpromitti a quod intellige tāꝙ in ar-
bitratorem: alſ contra de tranſac. contingit. ⁊ not. de preben.
2 niſi eſſent. ¶ Tertio not. ꝙ qō ſi laicus poſſidet decimas dici
tur ipſas male detinere. ⁊ idem in oblationibus: ⁊ aliis eccle-
ſiaſticis in feudum conceſſis. quia generaliter loquitur illud. c.
xvi. q. i. c. fin. ex quo videtur quod talia ſine peccato ꝯcedi non
poſſunt. ⁊ ſic nō poſſunt epi ⁊ alij prelati infeudare fructus de
3 cimarum dicam. ſ. ¶ Quarto not. in verſi. autoritates ꝙ ꝙ cū
iura videntur contraria debet aliqua ſub diuiſiōe iuuari. vt. C.
de iudi. l. ſ. nec ſufficit dicere aliud hic: aliud ibi niſi diuerſitatꝫ
ratio ſufficiens reddi poſſit. vt hic facit quod not. in. c. quia cū
4 ctis. de conce. preben. lib. vi. ¶ Quinto not. ꝙ quod facilius ꝑ
mittitur ꝑdite rei recuperatio ꝙ habite alienatio. ſimile l ſuo
qui in queſitis domino nō preiudicat: ſed in querendis: ſic idē
in debitore qui poteſt fraude creditoris non acquirendo: non
autem iam queſita in fraudem baratādo. vt. ff. de his que in
fraudem credi. l. prima. et. l. qui autem. ¶ Sexto nota ꝙ moni
tio epiſcopi debet ꝓcedere: vt reſtituat eccleſie ad quā ſpectat
qō ſi induci nequiuerit tunc cōſenſum prebeat. videtur ꝙ poſ-
ſit irritari conceſſio attentata contra formam canonis ſicut
attentata cōtra formam prefixam ab homine. argu. ē. de reſcr.
cum dilecta. et. l. qui rome. ꝫ. flauius hermes. ff. de verbo. obl.
ad hoc facit ille textus. ibi: ſi forte induci nequiuerit. ⁊c. a con-
trario ſenſu qō eſt fortiſſimū. vt. ſ. ſequitur ꝓcedere monitio iſta
debet. facit quod notatur in clemētina prima. ſ. de iure patro.
5 ¶ Septimo nota ꝙ ꝙ argumētum a cōtrario ſenſu fortiſſimū
eſt in iure cōcord. ff. de officio eius cui mādata eſt iuriſditio. l. ſ.
quod dic. vt. ē. de electio. publicato. per Joan. andr. et Bart.
in. l. omnes populi. ff. de iuſtitia et iure. vbi plene an in ſtatutis
contractibus et aliis diſpoſitionibus habeat locum argumē-
tum a cōtrario ſenſu. ¶ Octauo not. ꝙ ꝯſtitutio Hieronymi
loquitur de decimis laicis perpetuo cōceſſis. ſi ergo ad temp⁹
vel conditionem non habebit hoc locum ad hoc. ſ. de dona. in
ter virum et vxorem. nuper. et qualiter intelligatur perpetuo.
dicit Archidiaco. ꝙ ad vitam. ſ. de decimis. c. ij. lib. vi. et. ff. pro
ſocio. lege. i. vbi de hoc. Sed hoc non placet Joan. andree. naꝫ
cum nil certius morte. ff. de cōdit. et demōſt. l. i. certū eſſet illas
☞ Opponit in cōtrarium. ☞ ad eccleſiam reuerſuras Ideo illud. c. non habet locū. ¶ Op-
ponitur dicitur hic in verſiculo ecōuerſo ꝙ debet eſſe non du
bium cōtractum in vtilitatem eccleſie. contra immo videtur ꝙ
etiam ſi ſequatur euētus contrarius: ſufficiat vtiliter a princi-
pio geſtum eſſe ad hoc vt cōtractus valeat. vt. ff. de admiſtrat.
tutorum. l. tutor qui. ꝫ. ij. Solu. dicit gloſſa illud non eſſe dubi
um. intellige quoad communem opinionum. cum de futuris qd

ſit vtile vel inutile deus nouit et ad nos non pertinet iudicare.
vt ad preſens. cum. l. ſequenti. ff. ſi cert. petat. nos enim rebus
ſic ſe habētibus iudicamus. vt. l. quod ſeruus de condition. ob
cām. non ꝙ euentus damni reſtitutionē indulget ſed incōſul-
ta facilitas. vt. ff. de mino. l. verum. ꝫ. ij. ⁊ dic. vt. notatur. xij. q. ij.
ſine exceptione. ¶ Secūdo op. dicitur hic ꝙ laici ſunt monēdi
vt dimittāt decimas male detentas. cōtra immo videntur con
pellēdi. ⁊ ꝙ per eas licite poſſidere nō poſſint: et moraliter pec
cent. vt in iuribus allegatis. ⁊ plene. xvi. q. vij. c. i. So. dicit gl.
que incipit de facto. ⁊c. cōtraria loquūtur de decimis non con
ceſſis in feudum. hic vero de decimis in feudū cōceſſis: vt in fi.
c. Sed ſm hoc videtur textus circa prīnc. c. male dicere: ꝙ tunc
dicātur male detente: quia immo bene ꝑpter ti. ſol. dicit ꝙ ido
dicātur male detineri. quia cū decime debeātur clericis ꝑpter
miniſtrationem diuinorum. ſ. de deci. tua nobis. ꝫ. ſ. et laici nō
miniſtrent: ideo male ab eis detinentur ſine exhibitione adiūe
ti obſequij. ſed tamē ſine peccato: ex eo ꝙ clerici quorum eſt domi
nium a quibus laici tenentur in feudum miniſtrāt iſta eccleſiaſti-
ca ſacramēta. Juris ergo ꝑmiſſione poſſunt habere laici fruc-
tus decimarum in feudū. quia directum dominiū remanet pe-
nes eccleſiā: ꝙuis vtile trāſeat ad vaſallum quantū ad perceptio
nem fructuū quos etiam domina eccleſia ꝑcipere intelligitur
cum a vaſallo ſuo ei⁹ nomine ꝑcipiātur. vt. ē. de reſt. ſpo. cū ve
niſſent. ⁊. c. olim. ¶ Tertio opp. ⁊ videtur ꝙ illud ſit male dic-
tum ꝙ in feudū poſſint laicis cōcedi decime ⁊ alia ſpiritualia.
vnde videtur obſt. ſ. de decimis. c. quamuis. ⁊. c. ꝓhibem⁹. ſol. text⁹
iſte et ſi. loquūtur de decimis q̄ laicis fuerunt conceſſe ante illō ☞ Nota quo tempore celebratū fuerit conciliū lateranēſe.
☞ cōcilium ex cauſa que habetur in dicto. c. quamuis. poſt illud antē
cōciliū talis cōceſſio prohibetur. vt ibi. et fuit illud concilium
celebratū. anno dn̄i milleſimo cēteſimo octuageſimo nono. ali
as ſeptuageſimo nono. tp̄e Alexandri tertij. q fuit Senen. de-
cimas ergo poſſeſſas per laicos ante illud cōcilium etiā hodie
poſſunt licite poſſidere. poſtea vō quantitas iniuſte tenent. ¶ Sꝫ
6 hic incidēter quero ꝙ ſi dubitatur an ante vel poſt illud cōciliū
decime deuenerūt ad laicum an laicus debet probare ꝙ ante:
vel eccleſia q̄ vēdicat ab eodem ꝙ poſt. ar. pro laico. ſ. de vb. ſig
ſup quibuſdam: ⁊ ꝙ ibi not. Item non eſt vō ſimile eccleſiā tā-
to tempore ſine cā tacuiſſe. ar. de re. ec. nō ali. ſi qs. Hoſti. tenet
ꝙ laicus tenetur ꝓbare ꝙ pri⁹ vel poſt auctoritate pape. ⁊ idē
tenent Jo. mo. ⁊ Archi. ſ. de decimis. c. ij. li. vi. Jo. an. tenet hic
cōtrarium. p. c. i. de ꝓſcri. li. vi. poſtꝙ enī nō apparet aliuꝫ vnꝙ
tempore poſſediſſe ſatis ꝓſumitur ꝙ iſte ſemper poſſederit. et
hoc intelligit quādo cōmunis opinio fundatur ſup antiquita
tē feudi: quā cōmunē opinionem in tali preſcriptione probari
neceſſe eſt. vt ibi no. in fi. ad hoc facit ꝙ quādo de prioritate vel
poſterioritate quęritur ille qui agit debꝫ ꝓbare prioritatem vel
poſterioritatem: q̄ eſt cauſa ſue intētionis. quod dic vt no. in. c.
literas. ſ. de reſcrip. in cle. ⁊. l. non ſolum. ꝫ. ſed vt ꝓbari. de op.
no. nu. ⁊. ſ. de ſpon. dudū. in rub. per Hoſt. ¶ Quarto oppon
dicitur in v̄. taliter reſpondem⁹. ⁊c. ꝙ primo monēdus eſt. et ſi
induci nequerit. ⁊c. Sed cōtra hoc opponitur a diuiſione. nam
aut iſte decime ſpectabāt ad epiſcopū: et tūc male videtur dice
re textus ꝙ moneri primo debꝫ laicus vt reſtituat eccleſie ſancti
ſtephani: cum non ad eā. ſed epiſcopum ꝑtineāt dicto caſu. aut
iſte decime ſpectabāt ad eccleſiā ſancti ſtephani. ⁊ tunc ſine ei⁹
cōſenſu laicus in alterum trāſferendo cadit a iure feudi: ⁊ ipſo
iure ad eccleſiā reuertūtur. vt in. x. col. de feu. nō ali. ſine cōſen.
do. l. imperialem. nō ergo videtur ſtare poſſe quod hic dicitur
ꝙ ſi induci nequerit ad reſtitutionē de cōſenſu epiſcopi ſolo: in
alterum trāſferantur: ſi erant eccleſie ſancti ſtephani vel ſi erāt
epiſcopi iſta inductio ⁊ monitio non videtur expediēs nec bo-
na vt fiat monitio vt ei fiet reſtitutio qui ius non habet. Solu.
ſuper ſolutione huius cōtrarij Jo. an. recitādo doctores multi
pliciter ſe inuoluit. ſoluit ergo primo qō iſte textus debet in-
telligi de decimis ſpectātibus ad eccleſiaꝫ ſancti ſtephani: qua
rum fructus epiſcopus a principio ex cauſa potuit cōcedere in
feudum directo tamen dominio penes eccleſiam ſancti ſtepha
ni remanēte. et ſicut a principio hoc licuit ita licet modo eideꝫ
alij eccleſie cōcedere ſiue conceſſas a laico confirmare. Nam ex
hoc ſecūda conceſſio nullum damnū patitur eccleſia ſancti ſte-
phani cum ex cōceſſione epiſcopi alteri facta non ſpectaret ad
eam fructuum perceptio. ſi ergo in alterum alterū et alterum
ſucceſſiue transferatur. nullum damnum ſuſtinet: vt per egi. ad
hoc. xxiij. queſti. prima. loquitur. vel dic ſecundo qō iſte deci-
me tenebātur in feudum ab eccleſia ſancti ſtephani. Sed tunc
dices quomodo ſolo cōſenſu epiſcopi poſſint in aliuꝫ transfer
ri cum natura feudi que eſt vt voluntate domini fiant iſte trāſ-
lationes. vt dicta lege imperialem. dicit ipſe. qō ille qui habe-
bat ab eccleſia ſancti ſtephani ita recognoſcet eā in dn̄am: ſicut

ſi teneret ⁊ monaſterium cui ſcđo loco a milite conceditur reco
gnoſcet in feudatariũ militis concedẽtis. ⁊ ſic eccleſia ſancti ſte
phani damnum non patitur: ſed certe immo patitur ſi decima
ſua in alterũ transferatur: dicit ergo. in. Inno. ⁊ magis ſibi pla
cet quod hec decre. intelligat̃ de decimis tñ. que non ab eccle
ſia ſed ab epiſcopo tenentur: ſed in feudũ. ſed tunc ob. q̃ꝺ hic di
citur ꝙ moneri dꝫ vt reſtituat eccleſie ſancti ſtephani: ſi nõ ſue
dicit ipſe reſponde qꝺ epiſcopus qñ conceſſit iſtas decimas in
feudum: accepit eas ab eccleſia parrochiali pro aliqua vtilita
te epiſcopatus quod licuit vt. ec. hñ. c. j. §. ſi. ⁊ ideo iuſtius ⁊ eq
uis eſt qꝺ reſtituatur ei: q̃ꝫ alij. j. de teſtamẽtis. cũ in officijs: ⁊ q̃
de facili res reuertit̃ ad naturã ſuã. vt. j. e. ſup venera. ⁊ ſi epiſco
pus in hoc conſentire nollet: recurrendũ eſſet ad ſuperiorẽ. de
iure pa. nullus. ⁊ iſtã cõceſſionẽ itellige factã fuiſſe p epiſcopũ cõd
lun. e. q̃uis. j. de decimis et videas. nã hodie fieri nõ poſſet vt
ibi. lꝫ qdã dixerint ⁊ male ſm Inn. ꝙ prelati de cõſenſu epiſco
porum poſſunt infeudare fruct⁹ decimaꝝ. ⁊ rñdẽt ad. c. noſtra.
infra de dolo. ꝙ ibi nõ interuenit conſenſus epiſcopi. ⁊ ad. c. ij.
de feu. q̃ loquitur de illis qui iurauerunt non infeudare.

1 Electus confirmatus an poſſit adminiſtrare.
2 Solẽnitates que requiruntur in alienatione nõ preſumuntur
interueniſſe: niſi probentur.
3 Futurorum non eſt ſcientia: nec veritas determinata.
4 Alienatio non ſeruata ſolẽnitate eſt irrita.
5 Conceſſiones perpetue dicuntur alienationes.
6 Alienatio ſi facta eſt in caſu non conceſſo interuenerunt tamen
omnes ſolennitates: an valeat.
7 Contractus an ſit ipſo iure nullus ſi ſolennitas debita non eſt
ſeruata.

Tua nuper. Non poteſt epiſcop⁹ ſine cõ
ſenſu capituli cõcedere eccle
ſias alijs eccleſijs etiam que iuspatronatus habẽt
in illis. cõis diuiſio. ſcđa ibi: alterius. ¶ Not. pri
1 mo ꝙ ſit hic queſtio an electus poſſit qꝺ intellige de electo
confirmato. alias queſtio non procederet. cum electi non con
firmati adminiſtrationi ſe immiſcere nõ poſſint. ⁊ ſi fecerint pu
niantur. vt. j. de elec. auaritie lib. vj. poſtq̃ vero fuerint confir
mati poſſunt adminiſtrare. quod dic. vt. ſ. de elec. tranſmiſſa.
¶ Secundo nota. in verſi. alterius. que ſolennitates requirã
2 tur in alienatio rei eccleſiaſtice. ⁊ nec dicte ſolẽnitates ᵃ preſu
a muntur niſi probentur com veniant extrinſecus. ſicut ⁊ aucto
ritas totoꝝ ⁊. l. quecunq̃. de publi. ⁊ nota plene per Bart. in. l.
ſciendum de verbo. ob. ¶ Tertio no. qꝺ dꝫ interuenire tracta
tus de cuius practica dicit glo. nam quilibet ſingulariter dꝫ di
cere videre ſuum: ſicut cum tractatur de alienatio rei ciuitatis:
que eccleſie cõparantur. vt. l. inter diuum. C. de ſacroſan. eccle.
⁊ dicit hoſti. ꝙ ſicut ibi iurãt maiores ꝙ dicãt quod credũt vti
le ciuitati. Ita hic debẽt iurare maiores eccleſie. x. q. ij. hoc ius.
Itẽ aduerte ꝙ dicit tractatus in ſingulari. ex quo colligit Io.
and. qꝺ ſufficit qꝺ interueniat vnus tractatus ſolẽnis: tñ ⁊ dili
gens cuius formã vide in ſpec. de loca. §. ſequitur. verſi. ⁊ ſcias
eſt tamen vtile iterare ſm Io. and. ⁊ vide. j. de rebus ec. nõ ali.
dudum. lib. vj. ¶ Quarto not. ꝙ non debet eſſe dubiũ eccleſie
profuturũ. qꝺ intellige dicit glo. probabili iudicio licet ſecus
3 contingat. ⁊ idem Inno. ⁊ nam de futuris non eſt ſcientia. vel
veritas determinata: cum ſub multis caſibus fortuitis ſint ex
poſite felicitates humane. vt. l. pe. vel vl. C. de pſcri. xxx. anno. ad
an. iure ſic ex tali Zctu eccleſia nõ ſit dãnificata. nec locupletata
4 not. xij. q. ij. ſine excepti. ¶ Quinto no. v̾ſi. irrita. ⁊ ꝙ alienatio
non ſeruata ſolẽnitate eſt irrita: qꝺ videt̃ ipſo iure. de quo dic
vt. ſ. c. j. quid tñ ſi eccleſia vult ꝙ valeat talis contractus. q̃ for
te tendit ad melius. dic vt no. in. l. cum hi. ff. de tranſac. ⁊ vide.
l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. vbi ex tali contractu nullo non
ſolum non transfertur dñiũ: ſed nec poſſeſſio. ⁊ puniuntur. de
quibus ibi. ¶ Sexto not. ꝙ requiritur ſubſcriptio clericoruꝫ
⁊ hoc in alienatione. vt hic. Itẽ in conſtitutione ſyndici. quod
dic: vt. ſ. de procura. c. j. ⁊ in decreto electionis. vt. ſ. de elec. in
5 notuit. dic vt dixi. ſ. c. j. ¶ Septimo nota. ⁊ qꝺ perpetue con
ceſſiones dicuntur alienationes quas epiſcopi ſine cõſenſu ca
pituli nõ faciunt temporales ergo donationes. videt̃ quod ſo
li epiſcopi poſſint facere: vt not. Ioan. xvi. q. j. poſſeſſiones. nõ
ob. c. ea noſcitur. ſ. e. vbi in temporali exigitur cõſenſus capitu
li intelligit̃ enim in conceſſione. ſpiritualium vbi maior debet
eſſe maturitas: hic loquimur in conceſſione temporalium ad
tempus. no. etiaꝫ. c. epiſcopus. xij. q. j. q̃ ibi loquit̃ cuꝫ ledebat
eccleſiã. vel fraudabat. ¶ Octauo notat hic Innocen. per hoc
quod dicit archidiaconus aſſumatur de ipſa ⁊c. quod non liceꝫ

a ¶ Dicte ſolẽnitates vide barto. et doc. in. l. ſciendũ. in. ij. oppo. ff. de verb. oblig. bar. i. l. quecunq̃. §. interdũ. ff. de publica. ⁊ in l. j. C. de cõtrahen. ⁊ cõmit. ſtip. et in. l. iniungentum. §. qꝺ fere. ff. õ pactis.

eligere archidiaconum niſi de eccleſia cathedrali. quod intelli
git verũ. vbi archidia. eſt de capitulo. ⁊ debet eſſe canonicus. et
licet poſſit ſibi dare archidiaconatus. non tamen illã canoniã
niſi ad eum ſpectaret etiam collatio canonie. nam tunc extra
neo etiam dare poſſet ſimul vtrunq̃. ſm Inn. quid ergo. ſi nu
merus canonicoꝝ ſit plenus. dicit Hoſtiẽ. ꝙ hoc caſu archidi
conatuꝫ vacanteꝫ põt conferre etiam extraneo: niſi ſit contra
ria conſuetudo. ſ. de conſuetu. cum dilectus. ¶ Querit. Ioan.
6 and. ⁊ ſi alienatio eſt facta in caſu non conceſſo: interuenerunt
tamen omnes debite ſolẽnitates: dicit ipſe non valere: etiam ſi
7 omnes conſentiant. vt dicta. l. iubemus. ¶ Secundo quero ⁊ ſi
ſolẽnitas debita non eſt ſeruata. an contractus ſit ipſo iure nul
lus: vel per reſtitutionẽ inintegrũ. irritandus. dic quod reſtitu
tio in integrum preſupponit actum valere: in ſui ſubſtantia. ſꝫ
vt detur enormis leſio apparere debet ⁊ tunc indulgetur: ⁊ nõ
aliter omiſſio vero ſolennitatis reddit actum inutilem ipſo iu
re: ideo hoc caſu perpetuo agi põt de iure cõi. ſed precedẽti. j.
quadriẽnũ tãtũ ſpecialis reſtitutionis beneficio. qꝺ dic: vt. C.
de predijs mino. per totum. ⁊. ſ. de reſti. in integr. conſtitutus.

Ponit queſtiones.

1 Dionyſius quare limitauerit parochias.
2 Penſio noua non debet eccleſijs imponi: nec antiqua augeri.
3 Epiſcopus poteſt cõcedere quinquageſimaꝫ pijs locis de no
uo fundãdis. Et an poſſit eã dare ſine conſenſu capituli. nu. 4.
Epiſcopus ſi agat contra capitulum: an eius conſilium requi
5 rere teneatur: ⁊ capitulum teneatur dare.

Paſtoralis. Epiſcopus parochiales ec
cleſias vel obuentiones ipſa
rum etiam de conſenſu patroni ſine conſenſu capi
tuli ſui monaſterio cõferre non põt. In prima que
ſtionis propoſitio. In ſecunda queſtionis reſponſio. niſi ad ꝙ
1 ¶ Nota primo cauſam. ⁊ quare dionyſius limitauit parochi
as. videlꝫ ſingulorũ prouentus ⁊c. que cauſa ceſſat ⁊ deficit cũ
in vſus proprios alteri aſſignatur etiam reſeruata cõgrua por
tione rectori: cuius os tãq̃ꝫ bonis triturãtis nõ debet alligari
ſ. de preben. cum ſcđm apoſtolũ. ¶ Secũdo notat Hoſtiẽ. ꝙ
quo ad ſpirituales redditus eccleſie parochialis fundat inten
tionem ſuã de iure cõmum de parochia. vt de mulctis. de deci.
2 quoniam ⁊. c. cum in tua. ¶ Tertio nota. ⁊ ꝙ non dꝫ eccleſijs
noua penſio imponi nec antiqua augeri. vt. j. de cenſi. prohibe
mus. multo ergo minus eccleſia videtur poſſe perpetuo loco
religioſo conferri quia per talem conceſſioneꝫ fructus eccleſie
omnes excepta portione pro ſuſtẽtatione rectoris alteri appli
cantur. tamen facilius toleratur hec conceſſio: q̃ꝫ augmentũ
veteris penſiõis que non videtur etiã de conſenſu capituli fie
ri poſſe. cõtra formam concilij. prohibemus ſubmiſſio vero de
conſenſu capituli fieri poteſt. vt hic. ⁊ ſic conceditur qꝺ eſt plus
⁊ eſt prohibitum. quod videtur minus. ad quod vide quod no
3 tat. j. de re ec. non alie. c. ſi vna. in cle. ¶ Quarto nota. ⁊ ꝙ epi
ſcopus poteſt concedere quinquageſimam pijs locis. ſ. de no
uo fundandis. vel centeſimam pro magnificandis ſepulturis.
vt. j. de dona. apoſtolice. vtrum autem iſtam quinquageſimam
dare poſſit non ſolum de rebus eccleſie cathedralis. ſed etiam
ſubiectarum. Innocen. tenet quod de rebus eccleſie cathedra
lis tantum pe. contra. per hanc literaꝫ. quia exceptio debet eſſe
de regula vt notat Dyn. j. de regulis iuris. libro. vj. in rubrica
ſed in iſto capitulo. dicitur de eccleſijs ſubiectis in quibus nõ
debet antiqua penſio augeri: vel ipſa eccleſia concedi ſine con
ſenſu capituli. ⁊ ſubdit exceptio ſalua cõſtitutione ⁊c. ad hoc er
go vt ſit bona iſta exceptio oportet intelligi quod etiam de bo
nis ſubiectarum eccleſiarum poſſit epiſcopus dare quinquage
ſimam. ⁊ ſi prorogatur hic canon bone rei. ⁊ dicit abbas ꝙ ſic.
conſuluit petrus magiſter ſuus in queſtione que fuit animoſi
inter predicatores et parochiales eccleſias. qꝺ tñ egi videtur
ſatis extraneum ſm Ioan. an. ⁊ ego hoc credo verum quod p
illud. c. nõ extendat̃. c. bone rei. nec videt̃ intẽtio huius conſtitu
tionis illud. c. extendere nam cum hic per modũ diminutionis
⁊ limitationis huius. c. fiat de eo mentio. nõ videt̃ inducere au
gmentum ⁊ extentionẽ. vt. l. legata inutiliter. de leg. j. ⁊. j. de cẽ
ſitis. cuꝫ apoſtolus. in ſi. ¶ Querit gl. P. ⁊ vtrũ epũs poſſit da
re iſtã quinquageſimã vel centeſimã ſine cõſenſu ſui. c. arg. pri
mo qꝺ ſic. deinde ꝙ nõ. Tertio ponit opi. hu. ⁊ Tan. ꝙ cõſen
ſus ſui. c. exigat̃ quã etiã tꝫ Ioã. Ber. tꝫ ꝙ nõ requirat̃ ⁊ idẽ. tꝫ
Hoſ. hic ⁊ in ſumma huius ti. §. pe. hoſt. dicit ꝙ ſi vult dare de
ſuis redditib⁹ vel cõibus cum. c. põt ſolus. Si aũt de bonis. c.
ſeparatis reqrit̃ cõſenſus. c. ar. ff. p ſocio. l. merito. Pe. ⁊ Ab.
predictorum opi. ad concordiam reducendo diſtinguntq̃ eccle
ſiã monaſticis regulis iformare vl mõaſteria õ nouo cõſtruere
non poteſt

Ponit queſtiones.

non poteſt ſine conſenſu capituli.per.c.ſi epiſcopus.xvi.q.ii.in formate autem vel conſtructe ſine cōſenſu capituli dare poteſt quinquageſimaȝ vel centeſimā per hanc decre.cum adoriēdū ſunt obligati.ſ. de conſecra.ec.vel alta.c.cuȝ ſicut.⁊ hoc placet Joan.and.❡ Secundo quero cū in prima ⁊ ſecunda queſtione capituli ſiat queſtio de eccleſia religioſis cōcedenda in vſus proprios i quo differt prima queſtio a ſcōa.⁊ que fuerit ratio dubitandi.dic qḋ differt prima a ſecūda.quia primo querit de eccleſia cuius collatio ſpectat ad epm̄.ſecūda de eccleſia. que habet patronū.In prima autē fuit ratio dubitandi.quia dionyſius limitauerat parochias ſtatuens quod obuētiones ſpiritualiū.ſ.eas prouenientes pertinent ad illas.vt decime:primicie:oblationes:mortuaria:⁊ his ſimilia.vnde nō videbantur hoc poſſe conferri nec in toto:nec in parte alteri eccleſie. quia ſic ꝯfunderētur termini parochiarum ⁊ fieret contra ordinationem dionyſii.⁊ eccleſia parochiali monētis vnus ſuſtineret onera:⁊ alter cui eccleſia in vſus proprios eſt ꝯceſſa fructus perciperet.contra id quod legitur:vt nota.ſ.de ſepul.c.ſ.⁊ hec fuit ratio dubitandi prime.q.dubitatio vero ſecūde fuit qḋ cuȝ cōcilium lateranēſi prohibeat de nouo imponi vel augeri veterem penſionē fortius videbatur prohibendū ne eccleſia tota alteri daretur.nā propter quod vnū quodqȝ:⁊ ipſum magis. vt in auē.multo magis.C.de ſacro.ſanc.ec.Sed ad hoc reſpōdent vt dixi.ſ.in tertio nota.⁊ alios intellectus refert Joan.andre.Sed quia predictus verior:ideo alios recitare omitto.
❡ Tertio quero cū in toto iſto ti.dicatur.ꝙ prelatus cū ꝯſenſu vel ꝯſilio capituli cuncta agere debet † quid ſi ecōuſo agat contra capl̄m.an eius ꝯſiliū requirere teneatur ⁊ capl̄m teneatur dare.ar.qḋ ſic.xxiii.q.i.quid culpatur.Nā quādoqȝ qs admittitur ad duo repugnantia.ff.de inoffi.te.l.papa.§.ſed nec impuberis.In ꝯtra facit.quia quilibet officio ſuo debet eſſe contentus.vt.l.nemo.ff.de offi.aſſer.nec promiſcuis actibus ⁊c.vt.l.conſulta.C.teſta.dicit Joan.and.qḋ capl̄m nō tenetur dare conſilium contra ſe ipm̄.Idem Jo.phi.⁊ Ant.ad hoc vide nota.pro ⁊ ꝯtra.ſ.de iure patro. peti.⁊.l. accipientes.ff.de auc.tu.cū ibi no.que eſt optima ad hoc.

1 ☞ Vocandi q ſunt ad ꝯciliū ꝓuinciale.
2 Capitula poſſunt ꝯparere p procuratorē.
3 Inuitatus ad actum debet admitti:et ei acquiritur ius ex inuitatione.
4 Citatus ad electionē debet expectari:⁊ admitti.
5 Capitula etiam in negotiis ipſa non tangentibus ſunt vocanda ⁊ admittenda.

Et ſi membra. Ad ꝯcilia prouintialia vocari debēt et admitti cathedraliū eccleſiar̄ capitula.⁊ prima pars ponit querelā.ſcōa prouidet.ibi:viſuȝ fuit.❡ No.
1 primo † qḋ ad prouinciale concilium capitula eccleſiarum ca
2 thedralium ſunt vocanda.[a] capitula vero inferiorum eccleſiarum collegiatarum vocari non debent.quia ille diſponantur per epiſcopū ⁊ ſuum capitulū.vt.ſ.e.nouit ſm Egi.de abbatibus quoad ꝓuinciale cōciliuȝ.dic vt no.Jo.an.ſ.de maio.⁊ obe.ꝙ ſuper.et de prebē.graue.quoad epiſcopale cōciliuȝ.dic
2 vt dicto.c.ꝙ ſup.❡ Secūdo no † ꝙ capitula cōparēt per procuratorem.nā per ſe cōmode comparere nō poſſent.ſ.de ma.
3 ⁊ obe.c.ſi.❡ Tertio no † ꝙ inuitatus ad actū debȝ admitti.⁊ eſt argumētum ꝙ ex inuitatione ius acqritur vnde turpius eiicitur.⁊c.ſ.de iureiurā.quēadmodū.et eſt etiā argumentuȝ
4 ꝙ citat⁹ † ad electionē debet admitti.et ſic fortius expectari.de hoc no.ſ.de elec.cuȝ inter vniuerſas.niſi de nouo peruenīat ad eorum noticiā illos nō habere vocem.ſ.de except.paſtoralis.
5 ❡ Quarto no.in fine ꝙ dicit maxime ex q̄ collige † ꝙ capitula etiā in negociis ipſa nō tāgentibus ſunt vocanda ⁊ admittēda ad tractatū.qḋ intelligit Hoſt.verū niſi prelati de mandato ſuperioris haberēt tractare q̄ ſine trangreſſione obediētie vel iuramēti nō poſſent reuelare.de iureiurā. Ego.N.vel aliq̄ iuſta cauſa ſubeſſet.quare quod inter eos agitur non deberēt aliis publicare ſic no.N.c.nouit.in prin.❡ Quito ⁊ vltimo no. caſus in gl.in qbus iſtis cōciliis debēt etiā laici intereſſe.⁊ tūc intererūt:vt audiant.nō vt iudicem docet.lxiii.docendus.ſed nec ad illa neceſſe eſt eos vocari cū poſſint eis poſtea in ꝓdicationib⁹ publicari.q̄ fieri pōt illis etiā excōicatis.de ſnia excō. Reſpondeo.poſſunt etiam laici illuc venire pro petenda: vel defendenda iuſtitia.ſupra de iudiciis. nouit. In eccleſiaſticis autem negotiis et clericorum correctionibus ſunt excludēdi.de electio.meſſana.⁊ expꝛeſſius i extrauagāti bonifacii que ſtā monaſticē regulis īformare vl̄ monaſteriū d̄ nouo ꝯſtruere

[a] ❡ Sunt vocāda Adde Cardi.l ꝓbe.de.m.§. nec ſane.⁊ cle.ii.l prin. de ꝓinale.

incipit.debent.

❡ De his que fiunt a maiori parte capit. Rubrica.

❡ Dictuȝ eſt.ſ.de his que a prelato et capitulo vel a ſolo ꝓlato fieri debēt.Sed qꝛ ſunt q̄dam que ad ſolum capitulū pertinēt.ſ.de reſc.edoceri.in qbus expediendis vota fratrū diſcordant interduȝ.ideo qd tūc iuris ſit eſt vidēdū.ad materiā facit xix.di.in canonicis.xx.di.vltio. lxiiii.di.extra cōſcientiaȝ.x.q.ii hoc ius.v.ꝙ ſi cōueniunt.ſ.de cle.licet.⁊.c.corā.quia ꝓpter eccleſi.in generali.⁊.c.eccleſia.ii.de renun.cum inter pe.de tēp.ord. nec epi.Item in.vi.de elec.ſi cui.⁊.c.q̄rūdam.⁊.c.cū expediat.⁊ c.indēnitatib⁹.§.ſi qua vo.li.vi.et cle.ꝙ circa.de electionibus.

1 ☞ Statutum eſt in factis capituli pluribus et ſanioribus.
2 Contradictio ſimplex paucoꝝ non impedit ordinationeȝ eccleſie. Juſtificata tamen per cauſam impedit numero.3.
4 Appellatio interpoſita ſine cauſa a minori parte:nō impedit ordinationem eccleſie.
5 Juramentum preſtitum ſuper ſeruāda conſuetudine que rationibus vel canonibus non iuuatur:non obligat iurantē.
6 Jurare nemo debȝ obſeruātiam cōſuetudinis non ſuffulte ratione vel iure ſcripto.
7 Plures de capitulo ſi conſentiunt:⁊ vnus vel aliqui nō:an debeat appellare vel ſufficiat eis contradicere.
8 Cōſuetudo ꝙ non valeat factū a maiori parte capituli:niſi totum capitulum conſentiat an poſſit firmari aliquo curſu tpis.
9 Canonici an poſſint venire cōtra cōſuetudinē quaȝ iurauerūt obſeruare:ſi ſubeſt iuſta cauſa.
10 Juramentuȝ de obediēdo ſtatuto:nō obligat ſtatuto ſublato

Cum in cunctis. Ordinatio ꝓ tis maioris capituli per appellationē et cōtradictionem minoris nihil rationabile opponētis īpediri non debȝ.Et ponit primo factum reꝑhenſibile:ſecūdo prouidet per ſtatutū.ibi:quo circa.
1 ❡ No.primo † ꝙ plurib⁹ ⁊ ſanioribȝ eſt ſtādum in factis capituli:et preſumitur ſanior eo ipſo ꝙ maior.vt dicam poſt glo.
2 ❡ Secūdo no † ꝙ ordinationē eccleſie nō impedit ſimplex cōtradictio paucorū:quod intellige vocatoꝝ.alias cōtemptus vni⁹ redderet eam inualidam.vt.ſ.de elec.ꝙ ſicut.⁊ dixi.ſ.c.ſ. et expone ordinationē.i.que ordināda ſunt in eccleſiis neceſſa
3 rio vel vtiliter.Tertio no † ꝙ non ſimplex cōtradictio paucorum ſed iuſtificata per cauſaȝ habȝ impedire.⁊ intellige ſi iuſta per minorem partē opponitur:⁊ probatur quia nō ſufficit allegare:niſi probetur.vt dicit glo.⁊ facit quod not.in.l.i.ff.ſi qua pau.fe.di.⁊ de.i.de reſt.in inte.et corā quo debeat ꝓbari.dicit glo.ꝙ coram ſuperiore cui ſupple vel corā arbitris electis cōmu
4 niter.ſ.de ap.ſecūdo requis.❡ Quarto no † ꝙ appellatio nō impedit ordinationem eccleſie:ſi fuerit ſine cauſa interpoſita a minori parte.a cōtrario ergo ſenſu ſi cōtradictio minoris partis fuerit iuſtificata p cauſam:nec admiſſa appellatio interpoſita cum expreſſione talis cauſe habebit impedire.qḋ nō eſt verum ſm Inn. q dicit ꝙ lȝ appellatio iudicialis ex cauſa iuſta emiſſa īpediat ꝓceſſuȝ iudicis a quo.vt.c.vt debitis.de app.et c.ii.c.non ſolū.li.vi.cum appellatio extraiudicialis vel ipſius pēdentia non impedit actum geri:nec appellationis pretextu impeditur actus qui geritur:niſi in appellatione veritas cauſe allegate ꝓbetur.qḋ ſecus eſt in appellatione iudiciali.vt.c.interpoſita.ſ.de appel.Ratio diuerſitatis eſt qꝛ in appellatione iudiciali requiritur qui appellationē admittit.⁊ examinat cauſam an ſit vera:vel falſa.ſed in extraiudiciali ille a cui⁹ grauamine appellatur:non tenetur appellationē admittere nec poteſt de veritate cauſe allegate cognoſcere quinimmo ſi capitulū a quo appellatur reqrat appellantem:ꝙ corā eo probet nō tenebitur ad hoc quaſi habeat capitulū ſuſpectū de appel.cū ſpeciali.de offi.d ele.ſuſpitionis.⁊ de iurib⁹ iſtius appe.extraiudicialis ⁊ differētiis inter eam et iudicialē.vide.ſ.de elec.cum inter canonicos.⁊.c.cum nobis olim.⁊.ſ.de ma.⁊ obe.dilecti.in glo. ſed qd prodeſt cuȝ remiſſionib⁹ ibi datis per Jo.an.❡ Quito
5 no † ꝙ iuramētum preſtitum ſuper ſeruanda cōſuetudine.q̄ ratione vel canonibus nō iuuatur.non obligat iurātem:ſicut nec iuramētum preſtitum cōtra iura.vt.l.non dubium.C.de legi. et eſt cōtra quoſdam nimis:immo min⁹ religioſos qui iurati dicere veritatē:deierant.dicētes ſe prius aſtrictos iuramento ad faciēdum vtilitatem domus ſm Hoſt.Sunt enim tales ſuperſticioſi.de qbus in.l.ſub cōditione.ff.de cōd.inſt.❡ Sexto
6 no † ꝙ nō debȝ quis iurare obſeruantiaȝ conſuetudinis non

Opponit in contrarium.

ſuffulte ratione vel iure ſcripto.ꝛ punitur qui cōtra fecerit.vt
hic patet.ꝛ vide quod not.j.de elec.ſtatut.in cle. ❡Oppo.di-
citur hic.quod pauci aliquid rationabile allegantes audiun-
tur contra maiorem partem contra immo videt ſemp ſtandū
maiori parti:vbi melior zelus eſſe preſumitur. Solu.vt in glo.
ar.qđ non ſemp ꝛc.ſtatur enim regulariter maiori parti in om
ni diſpoſitione vniuerſitatis in auctoritatibus ſanctoꝝ in tuto
ris.datione:in remiſſione facienda a creditorib⁹ inſtrumentis
ſtatutis.ꝛ ſimilibus. ꝛ hec vera niſi per minorem partem con-
trarium demonſtretur.vt hic ſecundum gloſ. ❡Secundo op
po.dicitur hic quod valet qđ fecerit maior pars contra immo
videtur quod debeant eſſe due partes.vt.ff.quod cuiuſq; vni-
uer. not.l.plane.ſb.due partes debent eſſe preſentes in nego-
tio de quo agitur in vniuerſitate:vt in contrario.ſed ſufficit il-
larum duarum partium conſentire maiorem partem in omni
negotio.niſi cū de nouo aliqua conſtitutio promulgatur.tūc
enim debent omnes eſſe preſentes:nec in preiudicium abſenti
um poſſunt preſentes aliquid ſtatuere.Ita dicit glo.ꝛ ita. ꝛc.
Hun.Phi.Gof.ꝛ Hoſti.dicunt quod non valet cōſtitutio:niſi
due partes ſint preſentes per eadem iura allegata in glo.Gui.
Ra.ꝛ Ala.dicunt qđ ſufficit maior pars ꝛ reſpōdent ad leges
quas dicunt loqui in vniuerſitate laicorum. in qua ſpurij ad-
mittuntur.ſecus in collegijs clericorum in quo tales ꝛ ſimiles
reſpiciuntur.de filijs preſbyt. c.j.quod dicitur de duab⁹ parti
bus placet Jo.and.quod intelligit vocandorum.facit qđ not.
ſ.de ma.ꝛ obe.c.ſi.in ſi. iij glo.ad hoc.ꝛ.q.ij.hoc ius. de hoc in
ſpec.de ſi.in principio.ꝛ.ff.ad muni.l.qđ maior.ꝛ.ſ.de conſtit.

Ponit queſtiones.

cum omnes. ❡Quero poſt glo.ꝛ docto.T ſi qua ſunt in capi-
7 tulo ꝛ vnus ſiue plures non conſentiant an debeant appella-
re vel ſufficit eis ſimpliciter contradicere.ſo.ex dictis Inn.di
ſtigue quandoq; in iudicio vel in forma iudicij precipitur ali-
quis per capitulum iuriſdic.habens ꝛ tunc eſt neceſſe appella-
ri:vel tali precepto obedire.ſ.de re iudi.c.quo ad conſultatio
nem.quandoq; vero actus capituli cui vult vnus vel aliqui cō
tradicere non eſt iudicialis nec in figura iudicij explicatur. vt
eligere:alienare ꝛ ſimilia.ꝛ tunc diſtingue tres caſus.nam quā
doq; vnus vel plures pretendunt grauamen inferri a capitulo
in facto proprio.quandoq; in factis eccleſie quandoq; in facto
tertij.primo caſu quando in factis proprijs puta eligitur quis
ad aliquod officium ꝛ tunc dicas quod aut eſt officiū publicū
authoritate ꝛ vtilitate.aut eſt publicum authoritate.ſed vtili-
tate priuatum.qualia ſunt que habes.lxxxvi.diſtinc.c.ſi. Pri-
mo caſu dꝫ appellari:nec ſufficit ſimpliciter cōtradicere.vt.C.
de ap.l.iij.ꝛ.iiij.ꝛ.l.hi qui ad ciuilia.ſecūdo caſu ſi eſt publicū
authoritate:non vtilitate.ſufficit ſe excuſare nec expedit appel
lare vt.ff. quando ap.ſit.l.j.§. ſi quis tutor. Si ergo in vtroq;
non interponatur appellatio vel⁹ excuſatio videtur electiōi de
ſe facte tacite conſentire.ꝛ hoc verum vbi talis elect⁹ eſt de cor
pore illius vniuerſitatis vel collegij.ſi vero ſit extraneus.neceſ
ſarius eſt conſenſus expreſſus.vt.ſ.de elec.cum inter canoni-
cos.Alij dicunt quod licet predicta vera ſint in honoribus et
muneribus ſecularibus :in quibus cogitur quis inuitus con-
ſentire.vt probant iura predicta ſecus in eccleſiaſticis in quib⁹
quis inuitus conſentire non cogitur.vt patet ex no.de etate ꝛ
qualita.queris cum ergo extra iudicium capitulū aliquid mā
dat:tunc omne ius ꝛ omnis exceptio ſalua manet:etiā ſi nō fue
rit appellatum.ꝛ hec de primo membro.vbi quis pretēdit gra
uamen in facto proprio.ſecundo caſu principali cum quis pre-
tendit grauamen in factis eccleſie.ꝛ quod capitulum non bene
peragat tunc ex dictis Inno.ꝛ Hoſti.videtur colligi qđ nō ex
pediat neceſſario appellari:ſed ſufficit ſimpliciter contradice-
re.ſi tamen appelletur valet appellatio ꝛ operatur deuolutio
nem ad ſuperiorem;nec valebunt litere impetrate ab altera par
te:niſi fuerit facta mentio de tali appellatione.ad papā vel ali-
um interiecta.vt.ſ. de ap. oblate.non tamē impedit innouare
vt hic.eſſet enim iniquum.ꝙ ꝙ cito appellaretur etiā ex falſa
cauſa aſſignata ceſſaret a faciendo is a quo appellatur ſecun-
dum Inno.ꝛ vide quod not. Jo.and.in.d.c.oblate.ſuper vlti.
glo.ꝛ.ſ.de reſcrip.ex parte. Tertio ꝛ vltimo.cum vnus de ca-
pitulo pretendit tertium a capitulo iniuſte grauari an ſuffici-
at contradicto ſine appellatione dicunt quidam quod ille cui
diſplicet hoc factum tenetur contradicere:alias videtur tacite
conſentire.ꝛ peccato ꝛ crimini ſe inuoluit.pro quo optime fa-
cit.l.omnes.C.de appel.appellare autem non tenetur:nec ſuā
contradictione proſeq:cum ſua non interſit.ij.q.vi. non ſolent
in modum tamen denuntiātis admittetur ratione pacti.ij.q.
vij.quapropter.ꝛ de iureiuran.quēadmodū et de iudicijs no-
8 uit. ❡Secūdo quero T an aliquo curſu tēporis firmari poſſit
hec conſuetudo;quod non valeat factum a maiori parte capi-
tuli:niſi totum capitulum conſentiat.hec decreta.facit qđ non
preterea cū peccent vtentes tali conſuetudine curſu temporis.
firmari non poterit de ſimo.non ſatis.Item inducentes illam
habuerunt malā fidem.ergo ꝛc.vt in regula male fidei. In cō
trarium facit quia contra canones preſcribitur. de elec.cum a-
na.c.cū eccleſia vulterana.de iudi.nomi.ſ.c.j. ea noſcit.dama.
q.j.hoc.c.ſic diſtinguit.nam quandoq; conſuetudo diſponit cō
tra ius naturale.vt contra precepta.l.diuine vel euāgelij.ꝛ hec
nulla conſuetudine confirmatur.de conſue.c.fin.ꝛ dicto.c.non
ſatis.ꝛ in aut.vt nulli iudi.§.qr.vero quandoq; diſponit cōtra
ius poſitiuum ꝛ tunc aut illud ius concernit fauorem illorum
qui vtuntur contrario.ꝛ poteſt hoc caſu induci conſuetudo cō
tra illud ius cum poſſint ſuo fauori renuntiare. de regulis.ad
apoſtolicā Quandoq; illud ius poſitiuum eſt inductum in fa
uorem eccleſiarum.ꝛ tunc non poteſt ei contraria conſuetudi-
ne derogari niſi per papam vel ius aliud approbetur.ꝛ hoc p
pter malam fidem ꝛ pactum connexum. de preſcri.c.ſi. ❡Ter
9 tio quero. T an canonici poſſint venire contra conſuetudinem
quam iurauerunt obſeruare:ſi cauſa ſubeſt. Jo.quod ſic.xj.di-
ſtinc.in his archi.in decre.de cle.non reſi.libro.vi.dicit iuratā
conſuetudinem non poſſe per capitulum in melius reformari
authoritate propria allegat de iure iur.ſi vero de elec.ven.ꝛqđ
ibi no. Innoc.Hoſtien.ꝛ Compo.dicit tamen forte ſecus:vbi
cauſa ſubeſt Jo.an.dicit communiter teneri quod iuramentū
quo ſingulares de collegio vel corpore iurarunt ſeruare conſti
tutiones vel ſtatuta:non impedit quominus illa collegialiter
p eos (ad quos ptinet) tolli poſſint.arctat enim iuramentū
ſingulare ad illa ſeruāda:ꝙ diu ſunt ſtatuta.ꝛ ſic (vt dicit)ſer
uat totus orbis.alias fere omnes ſtudentes eſſent periuri:cū
ſingulariter iurent ſeruare ſtatuta vniuerſitatis(quam ipſi cō
ſtituunt) que per eos poſtmodum correcta:vel ſublata nō ſer
uant idem in rectoribus locorum vel corporū pro hoc facit ꝙ
ſicut iuramentum de obediendo prelato non obligat iurantē
10 illo remoto.vt.ſ.de cle.venerabil. in vltima glo. T ita iuramētū
de obediendo ſtatuto nō obligat ſtatuto ſublato: aliqui tamē
ſtatuendo faciant ſpeciale ſtatutum:ꝛ caute.ſ.quod iuramentū
ſuper ſtatutis preſtandū nō impediat illa tolli vel mutari etiā
nuda voluntate.ꝛ hec vera cum iuratur obſeruantia ſtatutoꝝ
vt illis ſublatis intelligitur etiam iuramētū ſolutū. Si vero iu
ratur ſuper facto quod in ſtatuto redigitur puta iurant cano-
nici non recipere apoſtatam vel ſimilia.tunc licet ſtatutum de
hoc factum tollatur remanent obligati qui iurauerunt ad ob
ſeruantiam addunt quidam alium modum perpetuandi ſtatu
ta iuramēto. quando.ſ.vniuerſitas vel corpus per ſyndicū ad
hoc conſtitutū iurat non mutare.quod non placet Joan.an.
per ea que ipſe not. de iure iuran.veritatis.ſuper vltima gloſ.
de ſen.ex.romana.lib.vj.ſuper glo.ſi.ꝛ vide quod not. Jo.an.
in additio.ſpec.de iureiur.§.j.verſic.quid ſi aliquid.ꝛ. ſ.de pre
ben.c.dilecto.vbi videas.

1 ❡Canonicus vnus de capitulo non habet iuriſdictionem ſiue ius ſubijciendi eccleſiam interdicto .Et in illud poſſit ſibi vendicare ex conſuetudine.nu.6.
2 Interdictum poſitum in eccleſia per illum qui non habet poteſtatem:non debet ſeruari
3 Epiſcopus debet compellere ex officio ſubditos vt non ſeruēt interdictum a non ſuo iudice latum.
4 Pena ſuos debet tenere authores.
5 Debitum ſi ſubtrahatur eccleſie poſſunt epiſcopus ꝛ canonici ſubijcere eccleſiam interdicto.
7 Epiſcopus qui non deliquit an poterit celebrare in cathedrali eccleſia interdicta per iudicem competentem.

Ceſſuit. Canonicus non interdicit eccleſiā ſed hoc debet facere epiſcopus cū capitulo ſuo.ꝛ ſunt due partes.ſecunda ibi fraterni-
1 tati. ❡Nota primo. T quod vnus canonicus de ca-
pitulo non habet iuriſdictionem ſiue ius ſubijciendi eccleſiam
a interdicto[a] ratio eſt.quia licet capitulum hoc poſſit:non tamē
ſinguli de capitulo.ſinguli enim de capitulo non ſunt dñi bo-
norū:vel rerū capitali ſed capitulum.xij.q.ij. qui manumitti
tur.ꝛ hoc verum vbi capitulum non eſſet negligens.Quid er-
go ſi capitulum eſt negligens:videtur quod vnus poſſit exer-
cere cenſuram:ſicut alijs negligentibus poteſt iura eccleſie p-
ſequi.ſ.de re.eccle.non ali.c.ſi quis. Item ꝛ eligere iuxta nota.
de poſtu.gratum. contrarium credo.nam licet ſuccedat in re-
cuperatione rerum.vt dicto.c.ſi quis non tamen illa poterit re-
cuperare exercendo cenſuram et iuriſdictionem.quia propter
negligentiam capituli in iuriſdictionis exercitio:non credo ꝙ
ad vnum

a ❡Interdictum. Unde autem dicatur vide Card. in cle.j.ñ.q. de ſententia excom. ubi quid differat interdictum eccleſiaſticū ꝛ ciuile ꝛ interdictū ꝛ excōmunicatio in caſibus particularibus cantur ſcđ cardi.in cle. j.de ſepul. c.ad hoc de appel. in c. j.ꝛ in c. iſ de ſenti. ex com. in vj.

ad vnum de capitulo deuoluatur etiam p recuperatione re-
2 rũ eccleſie:vt hic videtur ꝓbari. ¶ Secundo no.† ꝙ interdi-
ctum poſitum in eccleſia per illum qui nõ habet poteſtatẽ:nõ
debet ſeruari:quia ꝓlatum a iudice incompetenti.argu.c.at ſi
3 clerici.de iudic. ¶ Tertio not.† ꝙ epiſcopus debet cõpellere
ſubditos ex officio:vt nõ ſeruent interdictũ a nõ ſuo iudice la
tum.verum aũt per talem queratur in obſeruantes quaſi poſ-
ſeſſio.dic vt ſubtiliter not. Innocẽ.ſ.de reſtitu.ſpolia.olim.i.
4 ¶ Quarto no.† ꝙ pena ſuos debeat tenere auctores.de quo
j.q.iiij.in ſumma.vbi plene. Item ꝙ pena debet cõmenſurari
delicto:neq; durius neq; remiſſius iudicari delictum:ꝙ̃ facti
qualitas depoſcat.vt.l.reſpiciendum.ff.de penis. ¶ Quinto
5 innuitur † ꝙ ſi eccleſie debitũ ſubtrahatur poſſunt epiſcopus
⁊ canonici ſubijcere eccleſiam interdicto.ſed expone interdi-
ctum.i.ceſſationẽ diuinoꝝ.de quibus ceſſationibus dic vt in
c.ij.⁊ penul.de offi.ordin.lib.vj.capitulum autẽ ſine epiſcopo
nõ videtur habere iſtam poteſtatẽ:nam niſi ſede vacante: vel
de loci conſuetudine nõ habet capitulũ iuriſdictionẽ aliquaʒ
de here.ad abolendam.de offi.ordi.irrefragabilis. ¶ Quero

¶ Ponit queſtiones.

† vtrum canonicus de cõſuetudine poſſit ſibi vendicare iſtud
6 ius interdicendi. dicit Inno.ꝙ conſuetudo dat iuriſdictionẽ
ſupra de foro compe.cum cõtingat.ratione aũt huius iuriſdi
ctionis poterit interdicere.ad hoc de offi.ordi.ex literis.ſim-
plici vero canonico iuriſdictionẽ nõ habenti nõ poteſt compe
tere hec facultas interdicendi.in prelato ſecus.de appella. di
lectis.patet ergo ꝙ ſi canonicus habet iuriſdictionẽ in homines
habitantes infra limites ſue prebende poterit eos interdicere
⁊ excõicare.⁊ circa hoc vide quod not. Jo.andre.ſ.de reſtitu.
ſpolia.olim.ij.in gloſ.petebat.ver.poteſt.conſuetudine etiaʒ
introduci nõ poſſet:ꝙ pro factis cõmunibus eccleſie canoni-
cus interdicat vel excõicet homines eccleſie.quia non ſunt ſui
ſubditi:ſed capituli.vt dictum eſt in primo notabili. ¶ Secũ-
7 do querit Hoſt.† an in eccleſia cathedrali interdicta per iudi
cem competentẽ:poterit ep̃us qui in hoc nõ deliquit in ea ce-
lebrare.argu.ꝙ ſic.de offi.ordi.irrefragabili.§.ceterum.vt ſic
ſpiritualis ſpõſus reddat debitum ſponſe ſue.de celebra.miſ.
c.i.⁊ hoc tenet Hoſt.ſm tenorem indulti ſibi priuilegij: ⁊ non
aliter.de quo.j.de priuile.quia nõnulli. Jo.an. reprobat hoc
dictum ⁊ tenet ꝙ nõ poterit celebrare.nõ obſtat.c.qđ nõnulli.
quia tex.ille loquitur de generali interdicto.vt patet ibi cum
cõmune terre.ſi vero ſingulariter eccleſia cathedralis vel alia
ſupponatur interdicto nõ poterit in ea celebrari pretextu il-
lius priuilegij vel alterius.⁊ ita not. Jo.andr.in.c.ſi.in prima
glo.j.de ſenten.excõ.li.vj.

1 ¶ Terminũ a iure ſtatutum nemo põt coarctare ſine cau-
ſa niſi papa.
2 Literas ad beneficia qs põt impetrare p aliũ etiã laicum.
3 Prelatus exhibendo alicui reuerẽtiam vt prelato: videtur iu
ri ſuo renuntiare.
4 Actũ ꝯtrariũ iuri ſuo qs faciendo ei renuntiare videtur.
5 Appellatio illius cuius nõ intereſt nõ impedit ordinationem
eccleſie.
6 Prelatus pactis tacitis vel expreſſis nõ preiudicat iuri publi
co ſicut iuri priuato.
7 Gratia ſi eſt ſubreptitia:inhibitio vel proceſſus executionis di-
cte gratie:nõ afficit beneficium:nec ligat manus ordinarij.

Ex ore. Cõmunis ordinatio eccleſie per contra
dictionẽ vnius cuius nõ intereſt impe-
diri nõ debet.⁊ ſunt due partes.in prima deciſa fa-
cti narratio.in ſecunda cauſe deciſio.ibi: quia vero.
prima duo facit.ponit partiũ compromiſſionẽ.ſecũdo illatio
nem Bernar.que quatuor continet literarũ apoſtolicarũ for-
mã.annuli miſſionẽ.executoris dationem.capituli rebellionẽ
Secũda etiã duo facit.primo ex triplici motiuo cõcludit con
tra B.ſecundo confirmat electionem prepoſiti exprimẽs qua-
re dicto.B.ſilentium imponit. ¶ Not.primo ꝙ papa ſtatuit
capitulo terminũ vnius menſis ad eligẽdum:⁊ ſic arctauit ter
1 minũ a iure prefixum.ſ.de conceſ.preben.c.ij.† ꝙ alius ꝙ̃ pa
pa terminũ a iure ſtatutum ſine cauſa arctare nõ poſſet. vt in
regula indultum.de regu.iur.lib.vj.per Dy.⁊ Bart.in l.ij.ff.
de re iudi.⁊ ſupra de appel.cum ſit romana. ¶ Secundo not.
2 ꝙ pater obtinuit literas pro filio.† ⁊ ſic poteſt quis p alium
etiam laicum literas ad beneficia impetrare ⁊ per procurato-
rem.infra de reſcrip.c.gratia.lib.vj.in literis ad lites dic vt ſu
pra de reſcrip.quia nõnulli. ¶ Tertio not.ꝙ iſti canonici re-
ceperunt literas pape ⁊ ſtatuto termino ⁊ pro reſponſo aliũ
elegerunt.⁊ ſic ſtatutum termini nõ impedit innouari in actu
extraiudiciali:in iudicio vero ſecus.quod dic vt.ſ.de appel.ſi
gnificante. ¶ Quarto no.ꝙ hic fuit facta probatio negatiue
ſcʒ ꝙ inueſtitus nõ fuit.⁊ ſic negatiũ loco vel tempore nõ arcta
ta videtur ꝓbabilis.quod dic vt.ſ.de electio.bone.j. ¶ Quin
to not.ꝙ aliud eſt mandatũ de inueſtiendo:aliud inueſtire de
facto.ſicut aliud eſt eligere:aliud eligere velle. vt.l. in emptis.
C.de contrahẽ.em.⁊.l.qui ſe patris.C.vn̄ libe.per doc.⁊ aliud
ſi papa confert:aliud ſi conferri mandat.vt.c.dilectus. de pre
3 ben.⁊.c.ſi poſtꝙ̃.eo.titu.li. vj. ¶ Sexto not.† ꝙ exhibẽdo ali
cui reuerentiã vt prelato:videtur iuri renuntiare qđ habet in
illa prelatura.ſic ſuper certa re pro alio aduocando nõ poteſt
poſtea eam vt propriã vendicare.quod dic vt.ſ. de tranſacti.
a ex literis.⁊ not.bene ꝙ ille qui alteri facit reuerentiam[a] vide-
tur eum in ſuperiorem recognoſcere: ſimiliter ſententie eius
obtemperando.de reſti.ſpolia.olim ꝓcuratoꝛ.xvij.diſt.quie-
ſcamus.munus conſecrationis recipiendo.xiij.q.vj.hoc quip
pe.aliquẽ ad exercenda pontificalia admittendo.vij.q.j.pon-
tifices.⁊ per hos actus probatur ſubiectio ⁊ dominiũ. quali-
ter vero ꝓbetur familiaritas:ſiue quem eſſe alterius familia-
rem.dic vt.l.j.§.de publica.per Bar.⁊.ſ.de reſtitu.ſpoli.cum
4 ad ſedem. ¶ Septimo not.† ꝙ faciendo quis actũ contrariũ
iuri ſuo:videtur tali iuri renuntiare.ſimplex aũt taciturnitas
ſine actu cõtrario nõ operatur renuntiationẽ.vt colligitur ex
not.in.l.cauſam.de in rem verſo. de vſuris.qđ dic vt.j. de cen
ſi.peruenit.⁊.l.que dotem.ſolu.matri.p Bar. ¶ Octauo no.
ꝙ ſucceſſiue ⁊ ſub ꝯditione debet quis ꝓponere ⁊ allegare di
uerſa iura ad excluſionẽ aduerſarij.qr ⁊ que nõ proſunt ſingu-
la multa iuuant.de teſti.preterea.⁊.ſ.de teſta.raynutius.§.tu
tore.⁊ ſic debet facere cautus aduocatus:efficacioꝛẽ rõnem vl
5 timo reſeruando. ¶ Nonono.† ꝙ appellatio illius cuius nõ
intereſt nõ impedit ordinationẽ eccleſie.ꝯcoꝛ.ſ.de elect.cum

¶ Opponit in ꝯtrariũ

nobis olim.⁊.c.cũ inter.R. ¶ Oppo.dicitur hic ꝙ in ſignum
inueſtiture habuit annulũ:⁊ ſubdit ꝙ per hoc nõ fuit aliqua-
tenus inueſtitus.cõtra per talem inueſtiturã videtur queſita
poſſeſſio beneficij:ſicut per traditionẽ clauiũ.quare poſſeſſio
rerũ ſub clauibus poſitarũ.vt.l.clauibus.ff.de ꝯtrahẽ.em. et
l.ꝗuis.de bo.auc.iu.poſ.preterea.videtur ꝙ per talem inue-
ſtiturã etiã in beneficio ius queratur:ſicut per electionẽ queri
tur ius electo.ſ.de elec.cũ inter canonicos.ex inueſtitura eni
tali apparet cõſenſus conferentis beneficiũ:⁊ recipientis: qui
ſolus ſufficit ad ius acquirendũ:ſicut cõſenſus eligentiũ ⁊ ele
cti.vt dicto.c.cum inter canonicos.Si ergo hic fuit.B.queſi-
ta poſſeſſio ⁊ titulus in prepoſitura.ergo electio capli fuit nul
la:tanꝗ̃ facta de beneficio nõ vacante de iure.vt.ſ.de ꝯceſ.pre
ben.poſt electionẽ.iſte aũt tex.dicit ꝯtrariũ. ergo male. Quo
ad primũ dic ꝙ per inueſtiturã nõ queritur poſſeſſio beneficij
vt hic.⁊.ſ.de ꝯceſſi.prebẽ.ꝓpoſuit.nõ ob.l.clauibus. qr aliud
in clauibus:aliud in inueſtitura per annulũ vel birretũ. nam
ſub clauibus rerũ cuſtodia cõtinetur.nõ ergo mirũ ſi eis tra-
ditis ⁊ res ipſe ſub cuſtodia clauiũ poſitis tradite videantur.
ſed annulus:birretuʒ:baculus: vel liber nil habẽt cõe cũ poſ-
ſeſſiõe beneficij.ideo de vno ad reliquũ nõ infertur.vt.l.ſi ma-
ritus.C.de do.inter virũ ⁊ vx.⁊ eſt ſi.qđ not.ſ.de offi.ordi.co-
ram.ad aliud contrariũ de acquiſitione iuris per inueſtiturã:
dicas ꝙ illud eſt verum cum papa inueſtit:ſiue ordinarius.ſe
cus eſt aũt ſi mãdat inueſtiri:quo caſu ſcʒ anteꝗ̃ inueſtitio ſub
ſequatur:capitulũ alteri conferat vt eligat.valet qđ facit capi
tulũ.⁊ ita loquitur hic vbi papa nõ inueſtiuit:ſed inueſtiri mã
dauit.qđ pꝫ duꝫ dicit tex.annulo aureo deſtinato.⁊.l.⁊ ſi mã
datũ fuit ⁊c.Conclude ergo ꝙ ſi habuiſſet inueſtituram a pa-
pa:eſſet queſitum ſibi ius in prepoſitura:⁊ electio capituli fuiſ
ſet inualida. In rebus vero tẽporalibus ⁊ alijs contractibus
per inueſtiturã nõ tranſit dominiũ ſine traditione. de pactis.
l.traditionibus.niſi in caſu.l.ſi.C.de ſacroſanc.eccle.⁊.c.ij. de
conſuetu.vbi de hoc ſm Jo.an.qui allegat not.ſ. de his que
fiunt a prela.c.continebatur.ſed hoc magis placet. vt ibi dixi
in ſexto notabili. ¶ Secundo opp.hic papa mandauit ꝙ eli-
gerent iſtum.B.ſed videtur ꝙ talis coarctatio facultatis eli-
gendi fieri nõ poſſit. vt.ſ.de elec.cum ꝯtra.So.conſuetudine
nõ poteſt libera facultas adeo coarctari.vt ibi.papa vero po
teſt vt hic.quia ſupra ius.⁊.c.vt dicto.c.propoſuit. ¶ Tertio
oppo.dicitur hic ꝙ reuerentiã exhibendo renuntiat iuri ſuo.
contra renuntiatio fieri debet in manibus ſuperioris.vt.ſ.de
renuntia.admonet.cum ſimi.alleg.in gloſ.magna. que ſoluit
ꝙ iſtud in renuntiatione expreſſa:vt ibi.aliud in tacita:vt hic
ſimile in renũtiatiõe fori ſui epiſcopi.que poteſt fieri tacite in
alterius dioceſi contrahendo:nõ aũt expreſſe.vt not. Inno.ſ.
de foro cõpe.dilecti.ſimiliter ⁊ in pacto ꝙ efficacius operatur
ꝗ̃ expreſſum.vt.l.ij.⁊ ibi per Cyn.C.de pactis. ¶ Quarto ad

[a] ¶ Reuerẽtiã. Reuerẽtie pſtatio arguit conſenſuʒ.vide Bal. in tracta. ſciſma. ⁊ in regula beneficiũ.

idem oppo. ⁊ videtur ꝙ taciturnitas nō preiudicet etiam coniuncta cum actione. vt. c. dilecto. ſ. de preben. quod etiā gloſ. allegat in contrariū: ⁊ nō ſoluit. tu dic ꝙ priuato iuri ſuo bene videt̃ quis renunciare actū contrariū faciendo. nō aūt iuri publico. vt ſcʒ qui male tenet abſtineat a petitiōe. ⁊ beneficiuʒ
a ¶ Propter ingratitu-dinē. Uide l.ſi. ō reuo. dona.l.ppt de dona. l. ſi.pater.§.ſ ff.eo.Alex. in cōſi. xlij. iiij.vo.l.me tum.§.ſed licet.ff.qō metus cā.

proſpexit.q̃ ⁊ aqui.et nota.ſ.de tranſac.c.ſi. ¶ Quinto no.ꝙ
ex cauſa ſuperueniendo poteſt quis venire contra factuȝ pro-
prium.concor.l.quero.§.inter locatorem.ff.loca.et quod no.
et dixi.ſ.de iure.§admodum. ¶ Sexto nota. ꝙ hic enume-
rantur quatuor cauſe ingratitudinis.vnã addit.l.ſi.C.de re-
uo.do.cum.ſ.donatarius modum et pactum in donatiõe ap
poſitum non adimplet:ſed differt ille caſus ab iſtis:ibi enim
heres poterit reuocare propter modum vel cauſam non im-
pletam.vt ibi nota.cy.qui poſt glo.addit ſextum caſum.cum
ſ.donatori ad inopiam redacto alimenta non exhibet. quod
probatur nam ille qui magnas facultates donauit:equipara
tur patri.vt.l.patronus.ff.de confir.tu.ſ. filius tenetur alere
patrem inopẽ vt.ff.de lib.agno.l.alimenta ergo et donatari⁹
donatorem ſicut eccleſia patronum qui eccleſiam dotauit. vt
c.nobis.de iure patro.nam necare videtur qui denegat ali-
menta.vt.l.necare.de li.agno.contrarium tñ.ſ.ꝙ donatarius
non teneatur alere innuit glo.in.l.in condemnatis. de regu.
iuris.ſed illa poteſt eſſe vera cum donatio eſt parua:ſi autem
ampla teneatur alere et ita ſit vera gloſſa in dicta.l.fin.et hoc
ſentit ibi cy.dum dicit qui magnas facultates dat equipara-
5 tur patri. ¶ Septimo nota.† ꝙ graue dãnum in reb⁹ equi-
paratur atroci iniurie:⁊ vite periculo.grauis ergo inimicitia
naſcitur ſine quis litiget de ſtatu ſuo:vel de bonis vt nota.in
c.cum oporteat de accu.in glo.patet hic.et.l.athlete.et.l.pro-
pter lite.de excu.tu. ¶ Octauo not.ꝙ heres donatoris offen
ſi non poteſt donationem ex cauſa talis ingratitudinis reuo
care.licet regulariter penarum perſecutio tranſeat ad here-
des:licet non in heredes.vt.l.j.ff.de priua. delic.ſed hoc ideo
quia iſta reuocatio fit ratione iniurie illate. delictum autem
iniurie morte extinguitur:nec ei⁹ perſecutio ad heredes trã-
ſit.vt.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.et inſti.de iniu.

Opponit in contrarium.

et collige ex hoc tex.ar.de quo in glo.ſi. vt dicam.j. ¶ Opp.
tex.iſte requirit atrocem iniuriam vt donatio reuocetur cõ-
tra immo ſufficit:ꝙ negligat obſequium:ad quod tenetur vt
C.de re.do.l.j.ſo. ibi loquitur in patrono donato liberto. vñ
facilius ingratitudo committitur:ideo facilius reuocatio da
tur ratio redditur in dicta.l.j. ¶ Secundo opponitur et vi-
detur ꝙ heredes poſſint reuocare:quia obligatio que deſcẽ-
dit ex delicto:tranſit ad heredes:et in heredes:quaten⁹ per-
uenit.vt dicta.l.j.de priua.delic.et inſti.de perpe. et temp.ac.
§.j.et.§.heredibus.ſolu. quedam pena reperitur ſpecialis et
extraordinaria:ex quadam equitate inducta et non tranſmit
titur ad heredes.et ita loquitur hic.quedam eſt ordinaria:et
tranſmittitur vt in contrario.vel dic.vt dixi.ſ.in.viij.not. de
quo contrario hic vide per ioan.an.in vlti.q.quid econuerſo
ſi donatarius ingratus moritur an donator offenſus poſſit
agere contra heredes ad reuocandum. videtur ꝙ non. quia
crimina morte extinguntur.xxv.di.quorumdam . in contra-
rium facit.l.ſi.C.de adul.vbi ſi vxor adultera moritur añ litẽ
ſuper adulterio ſibi motam maritus offenſus lucratur dotẽ.
ſed ibi marito etiam mortua vxor adultera datur ius exci-
piendi de adulterio.vt dotem retineat.ſed donatori. vt cõtra
donatarij ingrati heredes reuocatoria agat magis dubito.
quia ius excipiendi.quod oritur ex delicto alterius bene da-
tur contra heredes.ſed non ius agendi.niſi ratione illius de
licti aliquid ad eum peruenerit.quod hoc non eſt. vt no.in.l.
iiij.§.ij.ff.quod quiſq͂ iuris.non firmo.et in caſu huius. ca.ſi
ante traditionem rerum donatarum intuliſſet atrocem iniu-
riam donatori . et deinde decederet ſi heredes eius agerent
ad traditionem. poſſet donator excipere de iniuria per de-
functum ſibi illata.vt credo.ſed reuocare ſi poſſident ratione
talis iniurie per defunctum illate ſubſiſto per ea que not. hic
ioan.an.in vlti.q.vbi dicit.ꝙ iſta reuocatio inducta contra re
gulas iuris.igitur ad conſequentiam non trahẽdum.vt.l. qđ

Ponit queſtiones.

nota.ff.de legi.doc.hoc non tangunt. ¶ Uenio ad queſtiões
6 et primo quero.dicitur hic.†ꝙ ex quatuor cauſis numeratis
in textu et ex duabus per me additis donatio reuocatur q̃ro
an ſint alie cauſe reſpondeo dicit gl.quod regulariter non re
uocatur perfecta donatio.vt.C.de dona.que ſub modo.l.per
fecta et intellige perfectam ſtipulatio.vel pacto vel tradit. vt
ibi nota.et quomodo tribus modis diuerſo reſpectu perficium
tur ſcꝫ vide.C.de peri.et commo.rei vẽdi.lege prima.Ex-
cipiuntur tñ caſus a regula in quibus perfecta donatio reuo
catur vt in. vi. caſibus iam dictis eſt . et vnus in gloſſa que di
cit ꝙ reuocatur donatio collata in libertum propter liberos
ſuſceptos a patrono donante.vt. C.de reuo. dona.ſi vnꝗ. et
dicto caſu reuocat patronus totum.alius ait nõ ſic totũ: ſed
debitum bonorum ſubſidium. vt ſentit hic gloſſa. dum alle-
gat legata lege ſi totas.C.de in offi.dona.⁊ eſt opinio azo.in

ſumma de reuoca.dona.ſed accur.in dicta leg.ſi vnꝗ.tenet ꝙ
etiam patronus donationem factam in extraneum in totum
reuocet propter liberos poſtea ſuſceptos.inducit legem cum
acutiſſimi.C.de fideiuſ.non ob. leg.ſi totas que loquitur cuȝ
donauit filijs ſed opinio . azo. facit.quia querela inofficioſe
donationis eſt inducta adinſtar querele inofficioſi teſtamen
ti.C.de inoffi.de lege finali ſed illa totum aduocat. ergo iſta
pro ipſo:quod lex dicit.ſ.per hanc querelam donatio minui-
tur.C. de inoffi. dona. leg. ſi liqueat. ſi minuitur : ergo non
in totum.hugo.diſtingit.qđ aut ſit in filiuȝ:et reuocatur vſq͂
ad legitimam.vt in autentica hene ſi parens.C.de inoffi.teſt.
aut in extraneum:et tunc aut eſt inofficioſa re et conſilio : et
reuocatur in totum.vt.l.tytia.§.imperator. de lega . ſecundo
aut re tantum et reuocatur vſq͂ ad legitimam bo.et ſic loqui
tur.l.ſi totas.dy.in dicto.§.imperator diſting.aliter et ſic.aut
donatio preceſſit natiuitatem filiorum reuocare volentium.
aut ſequuta eſt.primo caſu aut donatum eſt filijs : aut extra-
neis:vel libertis ſi filijs ſit reuocatio vſq͂ ad legitimam.vt di
cta leg . ſi totas. Si extraneis vel libertis : et reuocatur in
totum.vt dicta leg . ſi vnꝗ. hoc autem an ſit verum ſi iura-
uit non contrauenire:dicam.j.et vide per ioan.an.in ſpec.eo.
titu.ſuper rubrica verſicul. an propter liberos. ſecundo caſu
quando donatio eſt ſecuta natiuitatem filiorum reuocare vo
lentium:habet locum diſtinctio hugonis an ſit inofficioſa re
et conſilio:an re tantum ⁊c.alij diſtinguñt ꝙ aut ſunt plures
donationes aut vna ſola.ſi ſunt plures : reuocatur poſterior
per quam apparet inofficioſitas. ff. de iure patronatus leg.
ſi libertus.ad fin.et ſic loquitur.l.ſi totas.et.l.ſi liqueat.C. de
inoffi.do.quod eſt intelligendum quando precedentes dona
tiones a principio irreuocabiliter tenuerunt.vt quia facte in
extraneos:vel in filios emancipatos.ſed ſi non tenuerunt ir-
reuocabiliter a principio.ſed indigent confirmatiõe per mor
tem:vt collate in filium in poteſtatem : vel in coniugem: tunc
precedentes per ſequentes minuuntur.habent enim tales do
nationes reuocabiles ſimilitudinum cum legatis . vt leg. in
donationibus.C. ad legati fal. Sed in leg . et fideicommiſ-
ſis ita eſt . ꝙ precedentia per ſequentia minuunt. vt. ff. ad.l.
fal. le. in quantitate ꝟ. ſed ſi legato. et leg. plautius.et.l. pe-
nultima.§.annua ſecundo caſu quando eſt vnica donatio in-
officioſa: tunc refert.aut illa facta eſt in fratrem.aut in extra-
neuȝ . ſi in fratrem non reuocatur : niſi debitum ſubſidium.
quia non ita aſpere procedendum eſt contra fratrem.ſic intel
ligitur.§.imperator.et autentica vnde ſi parens.aut facta eſt
donatio in extraneum:et tunc habet locum diſtinctio hugo-
7 nis ſecundum ioan.andr. † Sed aduerte ꝙ reuocatio que ſit
per legem ſi vnꝗ.diſtat multum ab illa:que fit per tit . de in-
offi.dona.nam per.l.ſi vnꝗ ſit reuocatio ex tacita voluntate.
quia ſi cogitaſſet de liberis ſuperuenientibus : non donaſſet
ſed reuocatio que fit parti.de inoffi.do.fit contra voluntateȝ
defuncti:qui voluit preiudicare filijs quantum potuit.diſtin-
gue ergo poſt bartol. in illo articulo quia aut queris de re-
uocatione que fit ex preſumpta voluntate donantis propter
liberos ſuperuenientes: aut reuocatione que fit ex titulo de
inoffi.dona.primo caſu. aut donatio fuit collata in libertum
alias extraneum:et reuocatur in totum:vt dicta.l.ſi vnꝗ. Si
vero in filium:reuocatur vſq͂ ad debitum bonorum ſubſidiũ
vt dicta.l. ſi totas. Secundo caſu aut donatio fuit collata in
vnum ex liberis:et reuocatur vſq͂ ad debitum bonorum ſub-
ſidium : etiam ſi fuit inofficioſa re et conſilio. vt dicta leg. ſi
liqueat aut fuit collata in extraneum : et tunc aut illi filio quĩ
vult reuocare fuit aliquid relictum:et agit ad ſupplementum
legitime tantum.vt leg. omnimodo. de inofficioſo teſtamen-
to aut non fuit aliquid relictum:et tunc aut fuit inofficioſa re
et conſilio:et reuocatur in totum.vt leg.ſi libertus.§. penul-
timo de iure patronatus aut fuit inofficioſa re tantum:et re- a
uocatur vſq͂ ad debitum bonorum ſubſidium.⁊ ſic debet in-
telligi lex ſecunda prima et tertia. C . de inofficioſis dona-
tionibus.ita dicit bartol. in dicta.l.tytia.§. imperator. de le-
8 gatis ſecũdo vbi querit † quid iuris ſi donatio eſt facta vni
a monaſterio an propter liberos ſuperuenientes^a donatio re-
uocetur in totum:vel vſq͂ ad dimidiam decret . dicit qđ non
habet neceſſe reddere niſi vltimam.ſed ſi vult poteſt reddere
totum.decimaſeptima queſtione ſeptima capite finali.⁊ illud
allegat gloſſa . C. de epis. et cle. l. ſi quis ad declinandam.
9 ¶ Querat etiam ibi. † an illi legi ſi vnꝗ . poſſit renunciari.
vt puta dono omnia bona mea et volo ꝙ propter ſuperue-
nientes liberos.non poſſit reuocari.dicit barto.ꝙ reuocatio
q̃ fit per.l.ſi vnꝗ.fit ipſo iure:adeo ꝙ res poſſet vendicari.vt
ibi nota.ſed reuocatio que fit per titulum de inoffi. dona. nõ
fit niſi

a ¶ Liberos ſuperuenientes.vide do cto.i.l.ſi vnꝗ.C. de reuo.do. bal. in.l. cũ acutiſſimi. C.de fideic.paul. de caſtro .i.l. tale pactuȝ. §.ſi.ff.de pac. Old. conſi. cxxxiij.⁊ cõſi.cxxiij.

fit niſi propoſita querela.vt.l.j.et ibi nota.C.de inoffi.dona.
ad propoſitum ergo dicit ꝙ quantum ad illam reuocationē
que debet fieri ipſo iure.per.l.ſi vnq̃.poteſt renuntiari.ſed nō
quantum ad donationem fiendam parti.de inoffi.do.que fit
in fraudem filiorum primum probat quia reuocatio: que fit
per.l.ſi vnq̃.fit ex preſumpta mente donantis propter libe-
ros.et capite.ſ.allegato.dicit de muliere que liberos non ha-
bebat nec habere ſperabat.vnde ſi expreſſe voluit ꝙ in caſu
exiſtentium liberorum non poſſet reuocari:ille.ll.non habent
10 locum.¶Ad idem queris.† ſi filij nati ſunt:et ſic eſt donatio
reuocata ipſo iure.demum in continenti ſunt mortui: an hec
donatio reconfirmetur videtur ꝙ ſic per.l.poſthumus de in
offi.teſta.et.C.de ſecūdis nup.l.nuptie.in fi.et per hoc oēs le-
ges et iura que dicunt ceſſante cauſa ceſſat effectus.vt.c.cum
ceſſante.de ap.in contrarium ꝙ non confirmetur.vt.l.meni⁹
§.duobus.de lega.ij.et de conſecra.di.v.queris nō.ob.l.poſt
humus quia ibi confirmatur teſtamentum de equitate preto
ria:que equitas hic non reperitur ſcripta.non ob.regula ceſ-
ſante cauſa.ꝛc.qꝛ ibi loquitur quando ceſſat ante effectum cō
ſummatum.ſecus ſi effectus ſit cōſummatus.vt.ff.vnde li.l.ſi.
ſed filio nato ipſo iure eſt reuocata donatio.et ſic effectus eſt
conſummatus ergo.ꝛc.et hoc de prima.q.cum acceſſorijs an
per ſuperuenientiam filiorum donatio reuocetur.¶Secūdo
principaliter quero an ꝙ hic dicitur de donatore habeat locū
in beneficij collatore videtur ꝙ ſic quia dicit donare.de offi.
in.c.ſi.de preben.ſignifica.et videtur caſus de poſtula.c.vlti.
de exceſ.prela.graue contrarium tenet io.an.quia collatio be
neficij non eſt proprie donatio.quia ſibi retinere non poteſt
et iure cogente confert.de inſti.c.ſi.non ob.qđ collatio ſit do-
natio quia non eſt donatio in dando:ſed in cui dando.decre.
vlti.de poſtu.non ob.que non loquitur de ingratitudine cir-
ca collatorem:ſed circa eccleſiā in qua habet beneficiū.¶Ter
11 tio quero.† quid de donatario qui ſe defendendo: vel alias in
caſu licito percutit donatorem.dicit io.an.per verſic.impias.
qui ponitur hic:et in.l.ō.C.de reuo.do.ꝙ non eſt locus reuo
cationi.ad hoc.j.de penis.ad aures.et.c.in quibuſdam.ꝛ quod
12 ibi nota.¶†Quid ergo ſi donatarius cum eſſet iudex cōdē-
nauit eum ex crimine:vel poſuit eum ad torturā:vel fuit pro-
curator:vel aduocatus in cauſa capitali contra eum ex predi-
ctis.videtur ꝙ ſi fuit iudex:et torqueri eum fecit vel condēna
uit ſic in minus.ſi autem fuit aduocatus vel procurator:quia
illud eſt officium voluntarium videretur ingratus.ideo reuo
cet ar.ad hoc.ff.de his q.vt indi.l.poſt legatū.§.aduocatū.cū
ſe.et.l.pe.de inof.te.et vide qđ no.de pen.de.i.ꝛ.l.libert⁹ de l
ius vocādo ꝛ.l.q cū maior.§.libert⁹.de bo.li.ꝛ.l.qd ergo.§.ſꝫ
13 heres inuentariū.de le.i.ꝛc.¶Quarto q̄ro.† quid ſi non ipſe
iniecit manus:ſed alius eius nomine dic ꝙ idē:ac ſi ipſe inie-
ciſſet.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente cōiuncto.c.mulieres.in fi.de
ſen.ex.idem dicas ſi non manu:ſed pede percuſſit.vt no.in di
14 cto.c.ſi quis ſuadēte.¶Quinto quero.† quod dicatur hic
graue dānum rerum.videtur ꝙ in tota ſubſtantia donatoris
vel maiori parte.vt.c.frequens.de reſti.ſpo.li.vj.et.l.propter
lit.de excu.tu.ioā.and.dicit ꝙ etiam in minori parte poteſt
ſubeſſe graue damnum hoc ergo arbitretur iudex:et optime
probatur.ſ.c.pxi.ibi ꝙ quidem magis.poteſt ꝛc.et in.verſi.
hoc ſemper vbi in dona.centeſime vel quinquageſime poteſt
eſſe graue damnum.dec.frequens.loquitur in caſu ſuo.vt.ſ.
quo ad repellendum ſpoliatorem non dicatur ſpoliatus nu-
15 dus:vel inermis niſi ꝛc.¶Sexto quero.† quid ſi donatari⁹
intentauit infligere graue damnum.ſed res non habuit effe-
ctum.videt ꝙ ſit locus pene ad hoc facit autētica hoc quoqꝫ
C.de reuo.dona.ibi molitus eſt iam iacturam ꝛc.pro hoc iſte
text.ibi vite periculum inferre preſumpſit ꝛc.quaſi delictum
non habuit effectum dicit ioan.andr.ꝙ in eo qui molitur in-
ferre damnum:ꝛ nō perficit ceſſat pena iſta.pro hoc.l.fina.C.
de reuo.dona.ibi ſubeſſe donationis impoſuit.non ob.litera
vel vite periculum ꝛc.que non punit occidentem:ſed inferen-
te periculum mortis.et ſic ipſa illatio periculi eſt delictum
conſummatū:quod hoc iure punitur.et de iſta materia que
eſt vulgaris an puniatur delictum attentatum et non cōſum
matum.vide in regula in penis de regu.iuris libro ſexto in
mercu.et per bartol.in.l.qui ea mente.de furtis.¶Septimo
16 quero.† vaſſallus commiſit feloniam contra dominum: qui
tamen non mota vaſallo controuerſia de amiſſione feudi de-
ceſſit.an heres domini poterit vaſallum priuare feudo ratio-
ne iniurie illate defuncto.dicit gloſſa hic eſt argumentum.ꝙ
non poſſit reuocare.quod eſt verum ſecundum ioan.an.ſi do
minus fuit ſciens felonie.et habuit tempus ſufficiens ad re-
uocandū.alias heres reuocat.facit de elect.in veteri.de dila.
expo.ad fin.de confir.ti.l.in confirmando.et.l.vtilitatē ſecū-
dum ioan.andr.aduerte an illud dictum in offenſa illata do-
mino ſi non fuit ſciens ꝙ heres reuocet habeat locum in do-
natore vt ſi ignorauit atrocem iniuriam illatam ſibi a dona-
tario:poſſit heres eius donatio.reuocare videtur quod non.
quia text.iſte ſimpliciter heredem ab illo beneficio reuocatio
nis excludit.ſed non ob.quia loquitur cum defunctus ſciuit
iniuriam ſibi illam.quod probat text.tacuit quod refertur
17 ad ſcientem.et hoc credo verum.et infero.† quod ſi donata-
rius ignorāte donatore commiſit adulterium cum vxore ſua
quod licet donator qui ignorabat non mouerit de hoc litem
heres tamen eius poterit reuocare ſicut hac de cauſa reuoca
tur legatum etiam ſi poſt mortem teſtatoris adulteretur.vt
not.cy.in.l.ſororem.C.de his.qui.vt indig.et.l.fideicommiſ-
ſum.de fideiuſ.nam etiam quandoqꝫ defuncto irrogatur in-
iuria.vt.l.j.ff.de his qui.vt indig.facit.l.fina.ff.de adi.leg.et
quod not.cy.in lege prima.de re dona.et vide ad predicta
quod nota.in ſpec.eo.titu.verſiculo.quid ſi aliquis baro.vbi
querit an propter ingratitudinem prelati et conuentus do-
natio facta eccleſie reuocetur.¶Octauo quero an reuocetur
donatio alia ratione dic quod ſic.ſi donatio excedens quin-
gentos aureos inſinuata non fuit.nam in illo exceſſu dona-
tio reuocatur.vt.l.ſancimus.C.de dona.quod an ſit verum
in dona.ob cauſam et in remiſſio.debiti:et ſi dictū fuit quod
plures donationes vel fuerit illi iuri renuntiatum: hic vltra
non proſequor.ſed remitto ad nota.per cy.in dicta.l.ſancim⁹.
et barto.in.l.modeſtinus.et.l.aquilius.ff.eod.¶Nono que-
18 ro.† in caſibus in quibus poteſt donatio reuocari.vt.ſ.dixi
habeat locum ſi fuerit iuramento vallata reſpondeo aut do-
natio eſt reuocabilis.quia inofficioſa et in fraudem filiorum.
et tunc quantumcunqꝫ donans iurauerit non contrauenire:
non firmabitur iuramento.quia quando contractus infir-
matur ratione alterius ꝙ iurantis nunq̃ iuramento contra-
hentium confirmatur in diſpendium certij.de pac.q̄uis.lib.
vi.et.c.licet de iureiuran.eo.li.quandoqꝫ venit donatio reuo
canda propter natiuitatem filiorum per.l.ſi vnq̃.C.de reuo.
dona.tunc dominus bartol.dominus recuperus.et domi-
nus fran.tigrini de piſis conſuluerunt idem.ſ.ꝙ talis dona-
19 tio reuocari poſſit iuramento non ob.† quia iuramentum
non extenditur ad incogitata et ad ea que nouiter emer-
gunt.vt.l.fina.qui ſatiſ.co.et capi.q̄admodum.ꝛ ca.veniens
de iureiuran.et capi.quintauallis.eo.titu.et ita nota.bartol.
in dicto.§.imperator quādoqꝫ donatio venit reuocanda pro
pter omiſſam inſinuationem:et tunc an iuramento confirme
tur:remitto de hoc ad theoricam barto.in.l.ſiquis pro eo.ff.
de fideiuſ.facit quod nota cy.in.l.ſi quis pro redemptione.
ad finē.C.eo.titu.quandoqꝫ donatio venit reuocanda pro-
pter offenſam altero ex predictis modis: de quibus in text.
et tunc ſi ſimpliciter iurauit non venire contra: credo ꝙ ve-
nire poterit ratione offenſe poſtea irrogate:ad quam non ex
tenditur iuramentum.vt dicto.c.q̄admodum cum ſi.allega.
ſ.quandoqꝫ expreſſe iurauit non venire contra etiam ratio-
ne offenſe quomodocunqꝫ illate altero ex iſtis modis ioan.
andr.hic dicit ꝙ videtur valere pactum in donatione appo-
ſitum:ne propter ingratitudinem reuocetur.de quo remittit
ad ſpecu.eo.titu.verſicu.quid ſi actum.et in addit.quas fecit
dominus Ray.ſuper cy.reperi.qđ valet illum pactum.et re-
ſpondet ad.l.ſi vnus.§.illud.de pac.quia hic non remittit ius
agendi propter delictum futurum.

a ¶De peculio[a] clericorum. Rubrica.

¶Dictum eſt.ſ.de donatiōibus.ſed quoniam clerici de ſuo
peculio donationes facere poſſunt.ideo ꝛc.habetur de mate
ria in decr.xij.q.i.iij.et.iiij.per totum.et facit.q.ij.de laicis.et
c.ſe.de generibus peculiorum vide per hoſtien.in ſumma.eo.
titu.et plenius in ſpec.de actore.§.j.verſicu.item cum agit de
peculio et ſe.vide in.l.fina.C.de inoffi.te.dicit hic hoſtien.qđ
quo ad clericos duplex eſt peculium.ſ.profectitium proue-
niens de rebus eccleſie:vel ipſius occaſione.et quaſi caſtren-
ſe proueniens ex beneficio perſonali donatione propinquo-
rum.vel proſpera fortuna.de primo non teſtantur clerici.j.ti-
tulo primo ſecundo et tertio.de ſecundo ſic.ſ.titu.j.cap.quia
nos.credo ꝙ hoſt.intellexerit de clericis ſui iuris.de conſti-
tutis.autem in patria poteſtate de quibus.ſ.de eta.ꝛ qua.in
decorum dico quod in eis vt in alijs priuatis debet haberi
conſyderatio peculioꝝ qꝛ aliud caſtrenſe: aliud quaſi caſtren

a ¶De peculio.Pecu-
liū qđ ſit et
eius diffini
tionē vide ſ
l.peculiū.in
prīcip.et ibi
barto.ff.de
pec.bart.in
rub.eo.ti.in
lect.nona.
bal.in.l.ſi.C
quod cū eo
alexan.poſt
bartol.in.l.
frater a fra-
tre.de cōdi.
indebi.

ſe:aliud aduentitium:aliud profectitium iuxta nota. in dicta l.fina.C.de inoffi.te. forte hoc verum quo ad alia: ꝙ quo ad teſtamenti factionem nam etiam in bonis aduentitijs viden tur clerici poſſe teſtari:vt in autenti.presbyteros.C.de epi.et cle.dicam.j.eo.quia nos. Sumitur autem peculium multis modis interdum pro patrimonio.ff.ad treb.l.cogi.in princi. et ita ſumitur hic.interdum quod paterfa. vel dominus ſeruo concedit:ſic ſumitur.ff.de pecul. per totum. de re.ec. non ali.c.iij.interdum pro eo quod preſidij cauſa pro guerra deponitur.ff.de le.iij.l.ſi corns. alibi pro ſalario.C.de cohorta. l.ordinariorum libro duodecimo alibi pro rebus parapher nalibus.ff.de iure do.l.ſi ago. et de his vide.ff. de peculio ſuper rubrica.

1 Paupertas non impedit promotionem ad prelaturã.
2 Dubitatio qualiter contingat in contractibus vnius.
3 Vicarius ſi contrahat: cuius nomine preſumatur contraxiſſe.
4 Adminiſtratores contrahentes cuius nomine preſumantur contraxiſſe.

INueſtigandum. Not. primo qđ iſte nihil
1 habens fuit promotus. † et ſic paupertas non impedit promotionem ad prelaturam. ſecus in tutore.vt nota.duodecima queſtione tertia capi te primo exponẽ eccleſiaſticum ordinem.i.beneficium vel.i.titulum vel adminiſtrationem per quam peruenitur ad ordinem.ꝫ.de elect.cum in cunctis.§.inferiora.de etate et qualita te capite primo. ¶ Secundo nota.quod dicit prouectus eſt illud enim prouectus ſonat in dignitatem vel rectoriam quã obtinens preſumitur querere ratione talis adminiſtrationis vt hic. ſecus ergo ſi eſſet ſimplex presbyter non rector: tunc enim non eſſet preſumptio pro eccleſia in qua ſimplex beneficium obtinet.j.titul.progi.requiſiti. ad finẽ. ſecundum Io. andr.non abſurde dici poſſet etiam in beneficiato in eccleſia aduertendum eſſe qualitatem illius ſimplicis beneficij. vt ſi pingue ſit: et clericus illud tenens nihil habeat:quod poſtea queſiuiſſe deprehenditur de bonis illius beneficij queſiuiſſe preſumatur.nam ſic in acquiſitis per filium vtrum de bonis patris vel proprijs queſiuerit ſi dubitetur ad predictam conſyderationem recurrimus.quod dic:vt nota.C.de bonis que liberis.l.cum oportet.per Cynũ in quarta queſtione. ¶ Ter
2 tio nota.† quod quandoqꝫ de contractibus vnius poteſt merito dubitari cui queratur. quod contingit quando quis repreſentat duplicem perſonam.vt prelatus.nam poteſt vt prelatus:et vt priuatus inire contractus:et ſibi et eccleſie querere et ſic dicitur habere duo patrimonia vnum vt proprium: aliud quo ad curam et adminiſtrationem. ſimiliter imperator vt.l.bene a zenone.⁊.l.ſecũda.C.de quadrien. preſcriptione.l.fina.C.de vſufruct.et.l.quidem.C. de iure deli. et.l.ſi vero.§.item quidquid.ſo.ma. ¶ Opponitur et videtur qđ que ſita per adminiſtrationem debeant preſumi queſita de bonis proprijs:vel induſtria: non de bonis ſue adminiſtrationis.vt.l.ſi defunctus.C.ar.tu. hic autem dicitur contrarium. ergo male.ſo.aliud in tutore:aliud in prelato eccleſie.nam prelatus habet adminiſtrationem perpetuam: et ſuſtentatur de bonis eccleſie.vt.lxx.di. ſanctorum.et.c. cum ſecundum apoſtolum. de preben. tutor vero habet adminiſtrationem temporalem: et ſuſtentatur de bonis proprijs: non pupilli.vt.l. a tutoribus.de admi.tu. ¶ Secundo oppon.eccleſia dicitur vxor prelati.vt.c.ſicut vxor.ſeptima queſtione prima.⁊.c.ſicut xxi.q.ij.ſed quidquid deprehenditur prelatus et eccleſia poſſidere;debet preſumi quod de bonis proprijs: non vxoris.i. eccleſie acquiſiuerit.hic autem dicit preſumendũ pro eccleſia. ergo male.ſolutio aliud in viro carnali:qui eſt dominus etiam rerum dotalium.vt.l.doten.C.de rei ven.aliud in viro ſpirituali: qui cenſetur adminiſtrator non dominus rerum eccleſie.vt.c.ij.ꝫ.titu.vtrobiqꝫ ergo eſt pro domino preſumendum vel.dic quod vtrobiqꝫ ſic preſumitur.vt vitetur ſuſpitio turpis.queſtus.mulieres enim raro ſe negotiationib⁹ intromittunt.ideo quod penes eas habent preſumitur ꝙ de bonis viri.vt euitetur ſuſpitio turpis queſtus.vt.l.quintus.de dona. inter vi.et vxorẽ.eadẽ eſt ratio in prelato qui prohibetur negotiari.vt.j.ne de.vel.mo.ca.j.et.ij. quod ergo penes ipſum reperitur:preſumere debemus in dubio ꝙ ex iuſta cauſa habuit;non ex iniuſta negotiatiõe.quia non eſt delictum in dubio preſumendũ.vt.l.merito.ff.pro ſo. iſte ſunt rationes domini Io.an.andr.Ego dico quod ſi in vxore ponimus in facto quod fuerit diues maritus autem nihil habens:cum eam duxit.tunc quod queſiuit vxor non preſumam de bonis viri. vt pote nil habentis.quia ex bonis que non apparent lucrum aliquod proficiſci non poteſt.et de illa materia de cuius bonis preſumatur rector eccleſie queſiuiſſe dic. vt nota. Cynus xij.q.j.ſint manifeſte. ¶ Quero iſte text. loquitur in prelato

Opponit in cõtrarium.

3 ſiue rectore eccleſie † quid in vicario dicit Ioan.and.poſt hoſtien. quod ſi eſt temporalis non preſumitur pro eccleſia.ar. de fil.presby.conſtitutus.de priuil.c.j.ad ſi.lib.vj.ſi eſt perpetuus tunc ex qualitate et quantite vicarie bonus index arbitrabitur ex his que ex proſpera fortuna probabitur habuiſſe et ſic vel heredibus vel eccleſie adiudicabitur vel inter eos diuideretur de teſtamẽtis.c.relatum.ij.in ſi.ego dico ꝙ talis cõſyderatio nedum in vicario:ſed in rectore prelato eſt habenda.pone enim in eccleſia ſancti cantiani eſt plebanus habẽs officium lucroſum:etiam vltra expẽſas de plebania vero modicum aut nihil percipit certe quod penes eum reperitur vel emiſſe deprehenditur non preſumam.ꝙ de bonis eccleſie nil habentis: ſed de induſtria officij aduocationis vel lecture ſi erat forte doctor cum ſalario ad lecturam ad ſumptus.nã ab illa preſumptione iuris de facili receditur:ſi appareat preſumptio contraria magis vigens.vt.c.literas.ꝫ. de preſumpt. et
4 not.j.ti.j.cum in offici. † Ego quero.quid de alijs adminiſtratoribus ſecularibus Cynus diſtinguit.vt.ꝫ.dixi in vicario.nã aut habent perpetuam adminiſtrationem:et idem qđ in prelatis dicendũ videtur.alias ſi habent temporalem:⁊ de anno in annum reddunt rationem: ſecus eſt. quia preſumitur habere ex induſtria perſone ita not. Cynus in autentica. licentiam.C.de epi.et cle. Sed quid ſi reſpectu eius quod habere reperitur induſtria eſt parua pone hic de facto quidam adminiſtrauit negotia cuiuſdam magni domini. deinde venit ad ciuitatem iſtam cum.c. millibus ducis an preſumamus de bonis domini:et adminiſtratione vel de induſtria: certe potuit eſſe induſtria in baratarijs extorquendo ab iſto:⁊ ab illo domini fauore ſuffultus:que tamen ſic male queſita contemplatione domini an poſſit dominus ab eo exigere non videtur ſecundum pe.qui ita nota. in ſi.an.l.cum oportet in. ij.q. C.de bo.que li.per Cy.

Ponit queſtiones.

1 Prelati plus debent diligere eccleſias: ꝙ ꝯſanguineos vel amicos.
2 Prelatus qui de rebus quas querit alteri ꝙ eccleſie chartam facit tenetur acquirere eccleſie et preferre eam extraneis ⁊ cõiunctis.Et an teneatur ſibiipſi preferre.nu.3.

PResbyter. Per iſtud.c.notat hoſt.j.e.
1 inquirendũ.† ꝙ prelati pl⁹
a debent diligere eccleſias: ꝙ conſanguineos[a] vel amicos.j.de teſtamentis.c. cũ in officijs.de peni. c.ij. ¶ Secundo no.ꝙ ſicut prelatus qui male res eccſie alie
2 nat.† deponitur;vt no.ꝫ. de elect.qđ ſicut ita et prelat⁹ qui de reb⁹ quas querit alteri ꝙ eccleſie:chartã facit: tenet̃ ergo ac
3 quirere eccſie:et ꝑferre eam extraneis et coniunctis.† ſed an ſibi ipſi pone qđã i teſtamẽto volebat relinqre ꝑlato intuitu dignitatis:blãdit⁹ eſt:⁊ vt reliquat ſibi vt extraneo:⁊ vt ꝓuato, q̃ro an ex hoc teneat̃ eccſie. Iſta q̃ſtio formaf ꝑ legiſtas in tutore qꝓcurauit ꝙ teſtator ſibi relinq̃ret nõ pupillo:an ex hoc pupil.teneat̃ dicit mar.ſyl.ꝙ tutor illo caſu tenere pupillo ad intereſſe i auct.vt nulli.iud.§.⁊ hoc puenit.col.ix.⁊ qđ no.l an etẽ. vt cũ de ap.cog.§.ſi ꝯiuct⁹.coll.ix.Cy.dicit.ꝙ aut blãdo ſermone tutor induxit teſtatorẽ ad hoc.⁊ tũc nõ tenet̃.vt.ff.ſi qs ali.te.prohi.l.ſi.aut ꝑ dolũ ⁊ fraudẽ ⁊ tũc obtinet qđ ſuperi⁹ dictũ eſt.i.ꝙ teneat̃ ad intereſſe.⁊ ſic itelligit qđ no.ad treb.l. tytio cũ eſſet.ita no.Cy.in.l.quidquid.C.arb.tu.et hec diſtinctio poſſet cadere in ꝑlato: qui ꝑferre ſe ipſm eccſie ꝓcurauit et nota hunc ar. ſi dolus dat cauſam teſtato:an illi qui ab inteſtato:vel aliter ſucceſſuri erant poſſint agere.et vide.l. qđẽ cum filium.de here.inſtit.

a ¶ Quã cõſanguineos Ratio quia ꝑlat⁹ ẽ i eccleſia: et eccleſia in ꝑlato. ve nota. ſpec.đ libel. concep.§.iã nũc videndũ ver. ſi vero prelatus.

1 Epiſcopus a quo tpe incipit querere eccleſie ſue.
2 Epo mortuo heredes eius poſſidẽt multa bona: ſucceſſor in dignitate illa vẽdicare cõtẽdit an talia bona preſumãtur eſſe de bonis eccleſie vel epiſcopi.

VT vnuſquiſqꝫ. In.c.precedenti dicitur. ꝙ debet prelatus eccleſie acquirere:hic dr.ꝙ q̃ſita dꝫ eccſie relinq̃re.⁊ hoc verbũ relinquat adaptatur ad vltimam voluntatem.vt in autentica.de here.vel fal.

Scđo no.

1 ¶ Secundo no. ꝑ a quo tempore epiſcopus incipit querere
eccleſie ſue.nam a tempore conſecrationis:ꝛ ſic plene tranſla-
tionis:vt.e.cum in cunctis.§.de elec.facit quod nota in.ca.ſ.
xviij.queſtione.ij. ¶ Querunt hic doc. ꝑ mortuo epiſcopo he-
redes eius poſſident multa bona ſucceſſor in dignitate illa
vendicare contendit:modo quero ſi reuocatur in dubium de
cuius bonis fuerunt:an preſumatur eſſe de bonis eccleſie: vel
ipſius epiſcopi.dicunt quidā ꝙ ſi eccleſia poſſidet preſumū-
tur fuiſſe eccleſie: ſi heredes preſumuntur fuiſſe propria an-
thoritate defuncti empti.arg.pro hoc.xij.queſtione.v.c.j.alij
dicunt ꝙ quicunqȝ poſſideat eſt preſumptio pro eccleſia in ti
tu.j.c.j.vnde etiam heres poſſidens probabit.non obſtat.ꝙ
actor probare debet vt.c.vt noſtrum.§.vt eccle.bene.q: illud
verum:vbi non eſt preſumptio contra poſſidentem:tunc enim
poſſeſſio non releuat ab onere probationis.ſicut nec poſſeſ-
ſio que p̄ſumitur minus iuſta.vt.l.ſine poſſidētis.ꝛ.l.ius.C.
de proba.ꝛ.c.contra morem.c.dī.quid dicendum.Joā.an.po
nit hic alias opinio.de quibus plene.xij.qō.j.ſicut manifeſte.
ꝛ vltimo ſic diſtinguit aut conſtat clericum habuiſſe propriū
tempore promotionis:aut conſtat non habuiſſe.aut dubita-
tur.primo caſu tranſit cum opi.Goffre.dicentis.ꝙ agens p-
bet contra poſſidentem:ſcdo caſu preſumitur pro eccleſia.vt
§.c.j.ꝛ idem in tertio cum.ſ.dubitatur habuit bona: vel non
maxime ſi non fecit inuentarium poteſt tamen heres in ſcdo
caſu probare acquiſitionem factā non intuitu eccleſie:ſed p-
ſone.ꝛ idem in tertio cum.ſcilȝ dubitatur.nam poterit pro-
bare ꝙ intuitu perſone:vel quod aliquid habebat tēpore p-
motionis.quo probato locus erit opinio.Gof.ꝙ agens pro
bet cōtra poſſidētem tacbimur etiam poſſeſſorem in paucis
mobilibus iquātū dari potuit:ſm Hoſtien.de iſto articulo
plenius vide per Inno.infra.c. proximo.c.cū in officijs.ꝛ p
Barſ.infra de re.ec.nō ali.c.hoc cōſultiſſime.li.vj.ꝛ Cy.i aut.
licentiam.C.de epi.ꝛ cleri.

Ponit q̄ſtiones.

1 ¶ Prohibitus contrahere proprio nomine:prohibetur ēt
cōtrahere nomine alterius.
2 Eccleſia pōt vēdicare rē emptam de pecunia eccleſie.
3 Maritus ſi emit rem de pecunia vxoris:cuius erit res illa.
Et numero.6.
4 Res empta a liberto de pecunia ſibi data a patrono reuocat
ſola ratione obſequij non preſtiti.
5 Res empta de pecunia eccleſie vel minoris tūc eſt ipſorum cū
empta fuerit p eorū adminiſtratorem:ſecus ſi p extraneū.

1 **Aquirendum.** No.primo ꝑ ꝙ qui
proprio nomine cō
trahere ꝓhibetur:ita nec nomine alterius.facit ad
no. in cle.ſi religioſus.de procura. ¶ Secūdo no.
ꝯ infideles ſeruiētes q̄ ſubtrahūt quod diſpēſare tenentur.
2 ¶ Tertio no. ꝑ ꝙ rē emptā de pecūia eccīie pōt eccleſia vēdi
care.ꝯ quod opponit q: res empta de pecūia mea:nō eſt mea
vt.C.de rei vē.l.ſi ex ea.ſol.dicit gl.ꝙ dicit in ꝯrio regulariter
verū eſt fallit in eccleſia:milite:ꝛ pupillo.de quorū pecunijs ſi
emantur res:poterūt eas vt proprias vēdicare.de hoc etiam
no.xij.q.ij.apoſtolicos.in ſi.addit Jo.an.alios caſus ſpecia-
3 les:in quibus res empta de pecunia alicuius efficitur eius ꝑ
ſ.ſi maritus emit rem de pecūia vxoris.ff.de dona. inter vi.ꝛ
4 vxo.l.vxor marito. ꝑ Item in re empta a liberto de pecunia
ſibi data a patrono : que reuocatur etiam ſola ratione obſe-
quij non preſtiti.C.de rei.vē.l.j. Item in re empta de pecu-
nia fenebri.vt infra de vſuris.cum tu.ſm Hoſtien.ꝛ de his ca
ſibus vide in ſpecu.de emptio.ꝛ venditio.§.tertio loco.verſi.
5 hoc autem ieias.in quibus pretium ſuccedit loco rei. ꝑ aduer
te tamē.quia res empta de pecūia eccleſie vel minoris:tūc eſt
ipſorum:cum empta fuerit per eorum adminiſtratorē: ſecus
6 ſi per extraneum. ꝑ Item res empta de pecunia vxoris a ma
rito eſt vxoris in ſubſidium:vbi maritus non eſt ſoluendo.ꝛ
ita no.Cy.C.de rei ven.l.ſi vt proponis.Itē quod dixi regu-
lariter ꝙ res empta de mea pecunia non ſit mea.eſt verū.niſi
in ſubſidium.quia forte pecuniam meam recuperare non poſ
ſum.quia eſt conſumpta.nam rem ex ea emptam potero pe-
tere in ſubſidium.ꝛ ita no.Cy.C.de rei ven.l.mater.vbi proſe
quitur ecōuerſo.an pecuniā redactā a tertio de re mea vel mi
hi debita:poſſim ab eo repetere:ꝛ qua actione:ſi non meo no
mine rem meam diſtraxit.dic vt ibi in prima queſtio.ꝛ alijs
qō.ꝛ.l.ſi eum ſeruum.ff.ſi certum petatur.ꝛ per Dynū in.c.
ratum.de regu.iuris.lib.vj.quid ſi clericus de pecunia eccle-
ſie edificat in ſolo ſuo.dic:vt in ſpecu.de emp.ꝛ vēdi.§.tertio
verſi.hoc autem.

1 ¶ Prelatus poteſt in ſolo eccleſie plantare vineam pro ſu-
ſtentatione ſua.
2 Prelatus qualiter poſſit teſtari de rebus q̄ſitio ex induſtria.
3 Clerici an ſimulentur vſufructuarijs vel vſuarijs.

1 **Si quis.** Nota primo. ꝑ ꝙ in ſolo eccleſie
poteſt prelatus plantare vineā
ꝛ agella pro ſuſtentatiōe ſua.plus ergo iuris ha
bet ꝙ̄ fructuari⁹ q hoc nō pōt vt in gl. ¶ Scdo
2 no. ꝑ ꝙ lȝ de queſitis ex induſtria poſſit prelatus teſtari:ꝛ ab
inteſtato relinq̄re:tū illud nō pōt ſi illā induſtriam impendit
in rebus eccleſie.cedit enim eccleſie augmentum ꝛ vtilitas re-
bus ſuis īnoxa:ſed ſeparata cedit eius lucro:ꝛ teſtari pote-
rit.ſ.ti.j.c.quia nos.ꝛ ſic intelligo illud.c.vltra omnes.ꝛ quia
tex.iſte prohibet iſti diſponere poſt mortem:concedit ſibi:vt
vtatur iſtis rebus melioratis dū vixerit.quod intelligit Jo.
an.etiam ſi eccleſia illa priuatus fuerit propter crimen.vt ſic
qui in vno grauatur:in alio releuetur.vt.l.eum qui.ff.de iure
iuran.quidam tamē dicunt ꝙ depoſitus nō retinebit:niſi de
conſenſu epiſcopi hoc feciſſet.C.de allu.ꝛ pa.l.vltima.ꝛ de re
3 bus ec.nō alie.ad aures ꝛc. ¶ Querit gl.ꝛ plene proſequit. ꝑ
an clerici ſimulentur vſufructuarijs:vel vſuarijs.dic:vt in ea.
ꝛ plenius.c.pñti.ſ.de offi.ordinarij.lib.vj.

¶ De teſtamentis ꝛ vltimis voluntatibus. Rubrica.

1 ¶ Rubrica quare poſita ſit de teſtamentis in plurali.
2 Vltimam voluntatē quā dicat in hoc titulo.Et que ſint alie
vltime voluntates.numero.2.
4 Prohibitus teſtari per conſtitutionem vel ſtatutum:an po-
terit codicillari:vel mortis cauſa relinquere.
5 Minor.xxv.annis prohibitus teſtari:non poteſt codicillari.
6 Statutum ſi dicat ꝙ in teſtamētis ſufficiant quinqȝ teſtes.an
per cōſequens in codicillis ſufficient tres.
7 Donatio facta in teſtamēto an valeat reuocato illo teſtō.
8 Teſtamentum quid ſit.
9 Verbū poſt mortē de qua morte debeat intelligi.
10 Promitto tibi omnia bona poſt mortem meam per ſtipula-
tionem an dicatur teſtamentum.

¶ Dictū eſt.§.de diſpoſitionibus inter viuos:vt de contracti
bus.ſequitur videre de diſpoſitionibus defunctorū nihil eſt
enim qō magis hominibus debeatur: ꝙ̄ vt ſupreme volun-
tatis poſtꝙ̄ iam aliud velle non poſſunt:liber ſit ſtylus: ꝛ li-
citum quod iterum non reddit arbitriū.vt.l.j.C.de ſacroſan.
eccle.ꝛ.c.quia ingredientibus vſqȝ ad ſi.q.habetur etiam va-
rijs locis in hoc volumine. ¶ Oppo.ꝛ videtur ꝙ tractatus
iſte de teſtamentis tanꝙ̄ dignior debuerit precedere tractatū
de contractibus de quo ſupra hic autē poſtponitur.ergo ma
le vnde videntur obſtare iura que volunt dignioribus incho-
andum eſſe vt.c.ſtatuimus.§.de ma.ꝛ obe.ſol.dicit Jo.an.ꝙ
iſta ſunt illa que a principum poteſtate dependent: de quib⁹
§.de reſcrip.ſi quando.vel dic ꝙ ſicut vita precedit mortē:ſic
tractatus inter viuos debet precedere tractatum teſtatorū.ꝛ
hūc etiam ordinem ſecuti ſunt legum compilatores.C.ꝛ.ff.or
do enim verborum deſignat ordinem geſtorum.xx.diſt.§.j.ꝛ
j.q̄ſtione.j.vt euidenter. ¶ Secūdo op.ꝛ vr̄ illa rubrica ꝑ pte
ſuperflua.ſufficiebat enim dicere de vltimis voluntatibus.per
quod comprehendebantur teſtamenta.ꝛ ecōuerſo ſufficiebat
dicere de teſtamentis ſumendo teſtamentum large pro incer
ta teſtatione.vt not.j.e.ti.ſo.ad noſtram inſtructionē fuit hoc
dictū ſm Jo.an.que enim dubitationis cauſa ꝛc.vt.l.qui mu
tuam.ff.mādati. ¶ Querit ipſe ꝑ quare dixit de teſtamētis in
1 plurali.dic.ꝙ ex eo.quia aliud eſt teſtamentū in ſcriptis:aliud
nuncupatiuum.de quibus per ho.in ſumma eo.ti.§.iij.ꝛ in
Specu.de inſtru.edi.§.compendioſe aſs vt aūt.verſi.ad hoc
2 autem. ¶ ꝑ Scdo querit quam hic dicat vltimam voluntatē.
dic ꝙ non illam tantum:que ſit a laborante in extremis ſed il
lam etiam:que quandoqȝ facta ante mortē reuocata nō fuit.
quod enim non mutat ꝛc.vt.l.ſancimus.C.de teſtamentis. di
citur em̄ vltima voluntas:non q: ſemp i mortis articulo ordi
net:ſȝ quia morte cōfirmatur.vt.c.cū marthe.ſ.de cele.miſ.nā
añ mortē ambulatoria eſt voluntas:intantū ꝙ pacto vel alio
modo non poteſt quis ſibi legē imponere.vt.l.ſi quis in prin
cipio teſtamenti.de lega.iij.ꝛ.l.ſi mihi ꝛ tibi.§.in legatis.de
3 lega.j. ¶ Tertio quero dicatur hic:ꝛ vltimis voluntatibus ꝑ
quero que ſint alie vltime voluntates :ꝙ̄ teſtamēta.dic ꝙ eſt
codicillus.Item donatio cauſa mortis de quibus titu.ſpecia
les.C.ꝛ.ff.de codicil.ꝛ de donationi. cauſa mortis.ꝛ in iſtis re

Opponit contrarium.

Ponit q̄ſtiones.

quiruntur quinqꝫ teſtes: etiam non rogati vel femine. vt. l. ſi. C. de codicil. ⁊ l. qui teſtamento. §. mulier. ff. eodem. In teſtamentis vero debent eſſe rogati. vt dicta. l. qui teſtamento. §. vltimo. iſta tamen cauſa mortis participat de natura contractus: ⁊ vltime voluntatis magis accedit ad naturam contractus quo ad ipſius ordinationem. quia requirit preſentiaꝫ perſone. vt. l. inter mortis. ff. de donatiõe cauſa mortis. habet tamen locum in ea ius accreſcendi. ſecus in contractibus. vt. l. j. in fi. de cadu. tol. ⁊ coniuncta. l. ſi mihi ⁊ tibi. de verbo. obliga. ⁊ vide quod nota. in. l. j. §. ſꝫ ſi voluit. ff. de do. prele. eſt ⁊ mortis cauſa capio de qua in dicta. l. inter mortis. ⁊ l. qui pretio. ⁊ l. mortis cauſa capitur eodem titu. ⁊ de iſta mortis cauſa capione an detrahatur falcidia: ⁊ in quo differat a donatiõe cauſa mortis. dic vt notat Barto. in dicta. l. qui pretio. ⁊ per iſta
4 que dixi ꝙ diuerſe ſunt ſpecies vltimarum volũtatum: dico † ꝙ quandoqꝫ conſtitutio vel ſtatutum prohibet quem teſtari: an poterit codicillari vel mortis cauſa relinquere: videtur ꝙ non. quia in diuerſis ⁊ ſeparatis non arguimus de vno ad reliquum. vt. l. ſi maritus. C. de donatio. inter virum ⁊ vxoreꝫ. †
5 Ego dico ꝙ minor. xxv. annis prohibitus teſtari: non poterit codicillari. nam licet ſtatuta non debeant extendi. vt. l. quequid aſtringende. de verbo. obliga. tamen. ad ſtatuta bene ſe extendit. l. antiqua qua cauetur ꝙ hi demum legandi ius habent: qui teſtari poſſunt. vt. l. ſciendum. ff. de lega. j. ad hoc. ff. ad. l. fal. l. j. §. ij. ⁊ quod no. in. l. quod vero. ff. de legi. ⁊ Joan.
6 an. in. c. ꝙꝙ. de vſuris lib. vj. ſuper verbo aliter facta. ¶ † Sꝫ quid ſi ſtatutum diceret ꝙ in teſtamentis ſufficerẽt quinqꝫ te-

a ¶ Quinqꝫ teſtes. Vid. bal. ⁊ ſaly. i. l. ſi. C. e.

a ſtes:ᵃ an per conſequens in codicillis ſufficiant tres. vt ſic videatur numerus diminutus in eis: ſicut in teſtamentis. Bar. in dicta. l. ſciẽdum dicit ꝙ non. qꝛ in nulla lege reperimus iſtã regulã ꝙ in codicillis ſufficiant duo teſtes pauciores ꝗ̃ in te-
7 ſtamento. ad hoc facit quod no. l. illud. C. de ſacroſanc. eccle. † Item an contractus poterit fieri in teſtamento not. gl. ꝙ ſic: in. l. heredes palam. §. fina. ff. eo. ⁊ Cy. in. l. antiquitas. C. eod. que. l. facit. q. dubiam in eo quod dicitur: ꝙ debet fieri vno cõtextu. nec debet in eo contractus extraneus immiſceri. ⁊ vide quod notat Cy. in. l. generaliter. C. de non nume. pecu. ⁊ Dy. in regula ꝙ ſemel. ⁊ dicto. §. in teſtamentis. dicens per glo. illius. §. qꝺ teſtamentum poterit ſic fieri: quod non poterit cũ effectu reuocari: ſi dicat ꝙ velit valere iure donationis inter viuos: vel confiteatur ſe vendidiſſe hereditateꝫ pro pretio qꝺ confeſſus eſt recepiſſe iſtud dictum Dyn. Bald. ibi reprobat quia reduceret nos ad ius vetuſtiſſimum: quo teſtamentum fiebat per es ⁊ libram: ⁊ per imaginariam venditionem inſti. de teſtamentis. in princi. ⁊ auferent liberam teſtamenti factionem. contra. l. ſtipulatio. hoc modo. de verbo. obl. ⁊ tenet Barto. ꝙ reuocato teſtamento: reuocetur ille contractus celebratus in teſtamento. ⁊ ꝙ poſſit vniri cum illo qui admittitur ad aliquid ex teſtamento non cum perſona pꝛius extra-
8 nea. dic vt ibi latius. ⁊ vide per Oldr. conſilio. clj. ¶ Ulteriꝰ †

† Diſtinctio teſtamenti.

† quero quid eſt teſtamentũ dic. ꝙ iuris conſultus diffinit hoc modo teſtamentum eſt voluntatis noſtre iuſta ſententia: de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. cui diffinitioni: vt ceſſent contraria de legato: de codicillis: de donatione cauſa mortis: de alienatione omnium bonorum poſt mortem gloſ. ibi addit ad cauſam diffinitionem cum inſtitutione heredis. ⁊ eam tunc omnes excepto Barto. qui dicit ꝙ vlpianus. qui ſic diffinivit non fuit ſtultus diffiniens imperfecte. Illud enĩ iuſta ponitur pro perfecta ſicut exponitur in. l. eiꝫ filio. in ſi.
9 de leg. iij. † Et quia in diffinitione ponitur verbum poſt mortem an debeat intelligi de morte naturali tantum vel etiaꝫ de ciuili: puta ingreditur teſtator mõaſte. ⁊ ſic habetur pro mortuo. vt. c. placuit. xvj. q. j. videtur ꝙ per mortem ciuilem nõ cõfirmetur. quia quoties fit mẽtio mortis: debet intelligi de naturali. vt. l. ex ea parte. §. inſulam. de verbo. obliga. nec mors ciuilis equiparatur naturali: niſi in caſibus expreſſis in iure. vt no. in. c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. ⁊ videt caſus. ꝙ mors ciuilis nõ confirmet fideicõmiſſa. in. l. ſtatius florianus. §. cornelio. de iure fiſ. Barto. in dicta. l. j. ff. eodem diſtinguit inter ingredienteꝫ religionem: cui licet habere propꝛium in cõmuni. ⁊ ingredientem religionem cui propꝛium habere non licet vt fratrum minorum. dic vt ibi per eum. qui ſubiungit an teſtamentum poſſit ad oculum demonſtrari glo. ibi ꝙ non ad oculũ corporis. ſed ad oculum intellectus. quam adducit ad qꝺ. ſi ſtatutum dicit: ꝙ notarius debeat habere tantum de teſtamento: modo vnus deceſſit duobus heredibus inſtitutis: ⁊ qlibet petit a notario teſtm̃ an notariꝰ a quolibet recipiet integrã mercedẽ: ac ſi eſſent duo teſtamẽta vel vnũ tm̃ ac ſi eſſet vnũ. vt ac ſi eſſet vnum. qꝛ vnũ eſt ad oculũ intellectus lꝫ ſcri-

ptum in duabus chartis. vt. ff. e. l. vnum. In contrariũ arguit ꝙ illud quod eſt ſcriptum dicatur teſtamentum. ar. C. de edi. di. adria. tollen. l. fin. dic: vt dicta. l. j. per eum ⁊ ad turpil. l. j. §.
10 ¶ Ultimo quero † ſi promitto tibi omnia bona poſt morteꝫ meam per ſtipulationem: an iſtud erit teſtamentum. glo. in dicta. l. j. ff. e. dicit ꝙ non. ſed ego quero an valeat talis ſtipulatio videtur ꝙ non. quia per talem promiſſionem perdit promiſſor liberam teſtamenti factionem. Item inducit votum captande mortis. ergo ⁊c. vt. l. ſi. C. de pac. vbi glo. format iſtam qõnem ⁊ poſt eam Cy. plenius proſequitur: ⁊ dicit ꝙ ſi locutus ſum per verba generalia valet. puta omnia bona mea. qꝺ valet. quia intelligitur de bonis preſentibus: non futuris. ar. l. ſi ita. de auro ⁊ argen. leg. ſi autem locutus ſum per ſignum vniuerſale vt hereditatem meam tunc dicit. ꝙ ſi promittitur pars hereditatis: ꝙ valet promiſſio: ⁊ refertur ad bona etiaꝫ poſt queſita. Ego credo ꝙ ſicut non valet promiſſio in tota: ita nec i quota hereditatis. vt. l. ſtipulatio hoc mõ. de vb. obl. per Bar. ⁊ vide p Old. conſi. dxxvj.

1 ¶ Filios habens an poſſit in epiſcopum promoueri.
2 Uncia proprie quomodo diuidatur.
3 Epiſcopus qui teſtatur nõ videtur in dubio bona eccleſie heredibus inſtitutis relinquere voluiſſe.
4 Eccleſia habet intentionẽ ſuam fundatã cõtra oẽs qui poſſident bona q̃ p̄latus tenuit tẽpore vite ſue.
5 Queſita p p̄latum in dubio pertinẽt ad eccleſiam.
6 Prelatus ſi vendidit rẽ eccleſie quã pro tertia parte inſtituit: an poterit eccleſia reꝫ vẽditam vẽdicare.
7 Filius inſtitutus a patre in re certa: ſi pater eius funduꝫ alienauit: an poſſit dictum fundum vẽdicare. Et an debeat habere vltra valorem fundi. nume. 8.
9 Sextans ſi excedit eſſem quomodo fient partes.
10 Heres ſi vnus inſtitutus eſt in re certa alius vniuerſaliter qd iuris.
11 Teſtator ſic diſpoſuit relinquo. H. ſorori mee deceꝫ ſolidos: ⁊ nolo de bonis meis plus petere vel habere poſſit aliqua ratione. Item relinquo domino. P. deceꝫ ſolidos: ⁊ in ipſis eũ heredẽ inſtituo: ⁊ in ipſo teſtamẽto nullum alium heredẽ vniuerſalem inſtituit. an dictus. P. poſſit ſine peccato petere vltra dictos. x. ſolidos. aut ipſa. H.
12 Canon ſeruari debet in caſibus in quibus ius diuinum nõ cõtradicit canoni.
13 Leges imperiales non contrarias ſacris canonibus romana eccleſia recipit ⁊ confirmat.

Quorũdam. Not. primo ꝙ iſte epũs inſtituit nurũ
1 idest vxorem filij. ex quo collige. † ꝙ habẽs filios poteſt in epiſcopum promoueri. fertur ꝙ clemens quartus tẽpore promotionis ſue habebat duos filios: ſanctꝰ Petrꝰ filiam. ſ. beatã Petronellã de alijs cum non legãtur filios habuiſſe intelliguntur ſine vxoribus fuiſſe. vt ait beatus Hiero. contra Joui. c. ¶ Secundo nota ꝙ iſte epiſcopus diuiſit he-
b reditatem in. xij. vncias.ᵇ † Iſta eſt propria ⁊ recta legalis diui-
2 ſio. vt inſti. de here. inſti. §. hereditas. quandoqꝫ autem teſtator excedit numerum. xij. vnciarum. ⁊ tunc dicitur tranſire ad diſpendium. quod dic: vt. ff. de here. inſti. l. item quod ſabinꝰ. §. ꝙ ſi expleto. ⁊ habent iſte vncie propria nomina ab vncia vſqꝫ ad aſſem. prima dicitur vncia ſextans idest vncia ⁊ dimidia ſextans. idest due vncie quadrans. idest tres vncie. triens idest quatuor vncie quincuns: ſextuns: ſeptuns: bes: dodrãs: dextãs: deũs. idest. xj. vncie as. idest. xij. vncie. vt dicto. §. he-
3 reditas. ¶ Tertio nota † ꝙ epiſcopus qui teſtatur non videtur in dubio bona eccleſie heredibus inſtitutis relinquere voluiſſe. ideo ſua eccleſia inſtituta ab eo pro parte res proprias a prelato detentas non tenetur cõmunicare coheredibus. quia in dubio videtur quis ſemper relinquere ius quod habet. vt. l. qui tabernam. ff. de pignoribus. ⁊ l. ſi domus. §. fi-
4 nali. ff. de legatis. j. ¶ Quarto nota † quod eccleſia habet intentionem ſuam fundatam contra omnes qui poſſident bona: que prelatus tenuit tempore vite ſue. preſumuntur enim eſſe de bonis eccleſie: niſi conſtiterit prelatum aliter habuiſſe concor. C. de epiſco. ⁊ cleri. auten. licentiam. ¶ Quinto no-
5 ta † ꝙ queſita per pꝛelatum in dubio pertinent ad eccleſiã. qꝛ vꝫ de bonis eccleſie q̃ſiuiſſe: ſicut mulier de bonis mariti. vt. l.
† quintus. de do. inter vi. ⁊ vxo. dixi. ſ. ti. j. c. j. ¶ Oppo. dꝛ hic. ꝙ q̃ſita poſt cõſecrationẽ debẽt eſſe eccleſie: ꝫ de. c. ij. xij. q. ij. ſo. dicit gl. ſi. ꝙ illud qꝺ dicitur in illo. c. eſt verũ: ſi q̃ſiuit intuitu eccleſie

b ¶ In. xij. vncias. Uncia p menſura eſt triũ digitorũ p põdere. xij. pars libr. Flo. l. j. vic de ſerui. ru ſti. predio.

† Opponit i cõtrarium.

eccleſie:vel de rebus eccleſie.ſecus de aliis perſone intuitu acq-
ſitis. Idem Hoſt. et Innocē. in dubio vero ſi qualiter acquiſi
uerit non apparet:preſumendum eſt pro eccleſia qualitercūq;
emerit.niſi aliud probetur ſm Hoſtien. dicit tamē Joan.an.
ꝙ iſta conſyderatio glo. eſt bona in alio:ꝙ in epiſcopo regu-
lari:in ipſo enim et in quocūq; alio regulari prelato:dicēdū ē
ꝙ quicquid ꝗrunt ꝗrunt eccleſie.xviii.q.i.c.vno. ¶ Secūdo op. hic
dicit ꝙ inſtituit nurū.i.vxorem filii.ſed contra habens filios
nō poteſt in epiſcopum ꝓmoueri.lxi.di.catinenſ.nam etiam
habens nepotes excluditur hoc pretextu a promotiōe ad ꝓ-
laturam.vt in aut. quō oportet epi.§.i.coll.i.ſolu. Inno. fatet
cōtrarium:niſi longa cōtinētia preceſſiſſet.tūc enim promoue-
ri poteſt diſpēſatiue cum cautione de qua in.c.de ſyracuſane.
xxviii.di.fatetur tamē ſm antiqua tempora quo eccleſie erāt
pauperes:hoc licuiſſe.xlvii.diſt.§.neceſſe. Hoſtiē. dicit ꝙ cō-
ſuetudo approbat cōtrarium pro qua facit qd oportet epm
eſſe vnius vxoris virum: et nō de facili vxorem habēs ſine fi-
liis:ex quo cōcludit ꝙ etiam de iure cōmuni promoueri po-
teſt dummodo alias ſit idoneus.nam ſi carnalitatem timemus
hoc extenditur etiam ad propinquos.viii.queſtio.i.moyſes.
et de preben.graue.et plus ſm eum eſſet timendum de biga-
Ponit queſtiones. mia:per ea que no. Jo.an.in.c.ii.§.de biga. ¶ Querit gloſ. ꝛ
6 prelatus vendidit rem eccleſie:quā pro tertia parte inſtituit.
an poterit eccleſia rem vēditam vēdicare.videtur ꝙ ſic:vt in
illo.c.ibi a qualibet perſona ꝛc.glo.dicit contrarium videlicet
ꝙ pro parte pro qua eſt heres eccleſia repelletur.quia ex qua
perſona ꝛc.vt.l.ex qua perſona.de regu.iur. Item cum ex cō-
tractu defuncti teneatur eccleſia de euictione:ſi ab alio euin-
catur:ſtat regula.quem de euictione tenet actio:eum agentem
repellit excep.vt.C.de euic.l.exceptio.non obſt. ille text. quia
debet intelligi de rebus detentis ab aliis:nō ex contractu de-
functi pro parte ergo pro qua eſt heres prelati cogitur habe-
re ratum cōtractum prelati ſup re ſua.qd eſt verum:dicit gl.
niſi eccleſia fecerit inuentarium:tūc enim ſi ex cōtractu prela-
ti eccleſia eſſet leſa:poſſet reſcindere eum.nec teneretur ſtare
contractui:niſi vſq; ad vires hereditatis.et no. iſtam glo. que
ſentit ꝙ etiam eccleſia non faciens inuentarium:teneatur vl-
tra vires hereditatis nam de priuato non eſt dubium per.l.ſi.
C.de iure delibe.dicam de illo inuentario.ſ.e.c.raynaldus. Et
ſcias qd Accur. queſtionem quam hic facit gloſ. monet in di-
7 cta.l.fin.§.in computatione. ꝛ et proſequitur eam primo in fi-
lio inſtituto a patre in certa parte:cuius filii fundū pater alie-
nauit:an poſſit filius dictum fundum vendicare.et diſtingue.
nam aut hereditas paterna non eſt ſoluendo:aut eſt ſoluen-
do.vbi nō eſt ſoluendo ſubdiſtingue:aut filius fecit inuenta-
rium:aut non fecit.ſi fecit inuentarium poteſt illam rē ab em-
ptore vendicare inſolidum.nam ex quo fecit inuētarium :de-
bet conſeruari indēnis in rebus propriis.ſicut ſi non aduiſſ-
ſet.ſed ſi nō poſſet aduocare pateretur damna:quod eſſet cō-
tra dictam.l.ſi.C.de iure deli. Si vero non fecit inuentarium:
tunc ibi glo. dicit indiſtincte eum repellēdum vel inſolidum ſi
in totum eſt heres:vel pro parte.ſi pro parte ſit heres : ratio
eſt ꝙ nō facto inuētario tenetur creditoribus inſolidum:etiā
vltra vires hereditatis.vt dicta.l.fin.§.ſi vero non fecerit.ſed
emptor eſt creditor.quia re euicta habet regreſſum de euictio.
eſt vt plurimū difficilis ⁊ ideo pro impoſſibili reputatur vt
l. apud iulia. §. fidelis. i. ⁊ tempus preſens videtur in talibus
conſyderandum. de ſtipula. ſeruo. l. vſuſfru. non obſtat. ꝙ cū
res que debetur preſtari non poteſt: debetur eſtimatio cōuer
tenda in alium vſum pium. ff. de admi. re. ad ci. per. legatum.
⁊ hoc nam in iſtis iuribus non fuit onus iniunctum inutile a
principio: ſed hic a principio onus iniunctum fuit pro nō ad-
iecto ex diſpoſitione iuris ⁊ ex verbis: ⁊ mente donatoris. ⁊
ideo quātūcūqꝫ poſtea efficeretur efficerentur habiles ad ha
bilitatem illam onus illud a principio pro non ſcriptum nō
poſſet reuiuiſcere. ff. de ſolu. l. q res. §. areā. cum ſimi. ita dicit
10 in effectu cōſi. dcxx. ¶ Secūdo quero † tex. noſter dat heredi
annum poſt monitionē epiſcopi modo pone ꝙ cōſtitutione
ſynodali cauetur ſimpliciter ꝙ poſt ānū executio ad epm̄ de-
uoluat: modo quidā teſtator reliqt mille illis pauperib⁹: quos ta-
lis eligeret: ille nō elegit infra ānū ſed poſt epiſcop⁹ volebat
ipſe eligere: dicēs ad eum deuolutum ius eligēdi per cōſtōnē
cōſuluit bar. ꝙ ille eligere poterat: nō epiſcopus. nam de iure
cōi ille qui habet ius eligēdi circa perſonas: poteſt eligere. ⁊
ſi fuit in mora eam purgare poteſt: donec legatum petatur:
vt. l. cum quidam. de leg. ii. ⁊ intelligitur peti per litis cōteſta.
vt. l. amplius. ff. rem ra. ha. de iure ergo cōmuni ille cui fuit cō
miſſa electio: non excluditur ex forma conſtitutionis. quia cō
ſtitutio dicit ꝙ executores debeāt exequi. infra ānum: ſed iſte
nō eſt executor: vt oſtēdam. ergo ⁊c. qđ probo inter eū q de-
clarat ⁊ executorē longa eſt differentia. qđ patet. quia iudex
dicit̄ ille qui declarat: ⁊ ſententiat. executor dicit̄ ille qui habet
nudum miniſterium facti. C. de execu. rei iudi. l. executore. er-
go iſte elector nō debet dici executor. officium ergo exequēdi
transfertur per cōſtitutionem: non ius eligendi ſm̄ eum. qui
ita nota in dicta. l. cum quidam. ⁊ vide quod notat Bald. in. l.
nulli. C. de epiſco. ⁊ cleri. vbi querit an teſtator poſſit prouide
re ne executio teſtamenti deuoluatur ad eum nec poſſit ſe in-
tromittere. ¶ Tertio quero. quia ſupra dixi quando legata
11 ad pias cauſas poſſunt fieri caduca. † quero generaliter de
iſtis caducis. dic ergo. ꝙ quādoqꝫ legatum vel hereditas eſt
a principio pro non ſcripta. quandoqꝫ eſt quaſi caducū. quan
doqꝫ eſt caducum. pro non ſcripta hereditas vel legatum di-
citur cū ille cui relinquitur non eſt in rerum natura tempore
teſtamenti. nam quia tale relictum non habet principium in
cuius perſona fundetur ideo dicitur pro non ſcriptum quaſi
caducum eſt. cum relinquitur pure vel ſub conditione ei qui
eſt in rerum natura tempore teſtamenti ſed ante mortem te-
ſtatoris decedit ille talis vel conditio expirat. nā habuit prin
cipium illud relictum: ſed viuēte teſtatore deſijt. ideo dicitur
quaſi caducum. Caducum eſt cum ille cui relinquitur heredi-
tas vel legatum eſt in rerum natura: tempore teſtamenti ⁊ tē-
pore mortis teſtatoris: ſed ante agnitionem vel conditionis
euentum ille talis cui ſic relinquitur: deceſſit. nam habuit ſta-
tum: ſed deſijt ⁊ iſta habentur in. l. vna. §. ⁊ cum triplici. C. de
cadu. tol. vidēdū igitur circa hoc reſtat penes quē remaneāt
pro nō ſcripta caduca: ⁊ quaſi caduca. ⁊ tex. ibi in. §. in primo
⁊ ſequen. dicit ꝙ aut illi non habebant ſubſtitutum vel cōiun
ctum in tali relicto ⁊ remanebunt penes heredem. ſcilicet te-
ſtatorem. aut habebunt ſubſtitutum: vel coniunctum. ⁊ tunc
primo ſubſtituto quo non exiſtente coniunctis applicabitur
illa portio pro non ſcripta: caduca: vel quaſi. nam regulariter
fortius eſt ius ſubſtitutionis: ꝗ̄ cōiunctiōis. ⁊ ideo ſubſtitut⁹
cōiuncto prefertur in tali portione: vt. l. ſi ex pluribus. de ſuis
⁊ legi. ⁊. d. §. in primo. ⁊. §. pro ſcđo. ⁊. §. in nouiſſimo. de cadu.
tollen. ⁊ not. in. l. ſi ego. de iniuſto teſt. ex his patet ꝙ ſi mor-
tuo relicta eſt hereditas vel legatum: quia eſt pro non ſcri-
ptum non tranſmittit ad heredem ſuum: ſed remanet penes
grauatum ſubſtitutum: vel coniunctum. ⁊ idem in quaſi cadu
co. in caduco diſtingue inter hereditatem ⁊ legatum: ⁊ inter
legatum ⁊ ſub conditio. vt dicto. §. in nouiſſimo. vbi videas.
12 ¶ Circa hoc ſupereſt videre † an ad heredem ſubſtitutū vel
coniunctum tranſeant iſta pro non ſcripta: caduca: vel quaſi:
cum onere: vel ſine onere. verbi gratia inſtitui heredē tytiū:
vel ſibi legaui centum: qui non erat in rerum natura: ⁊ grauis
in eum vt conſtrueret vnam capellam: vel aliquid daret pau-
peribus. an ad illud onus tenebitur heres ſubſtitutus: vel
cōiunctus

coniũct⁹ penes quã debet remanere ⁊ in caducis ⁊ quaſi tra
datur regula ꝙ ſemper ad alterum predictorũ cũ ſuo onere
deferuntur. vt dicto.§.p ſecũdo.⁊.§.in nouiſſimo. In p non
ſcripto q̄ tale legatũ vel hereditas nõ habuit ſubſtãtiã a prĩ
cipio magis eſt dubiũ an cũ onere deferãtur. diſtingue poſt
bar. nã aut loquimur in legato pro non ſcripto:⁊ remanet ſi
ne onere vt dicto.§.in primo. vide tñ qḋ no. bar. in.l. vltima.
de his q̄ p nõ ſcrip. ha. ſi teſtator legauit tytio corã duobus
teſtibus:⁊ rogauit reſtitui eccleſie: nã licet ſit p nõ ſcriptũ: in
pſonã legatarij legatũ reuertitur ad heredẽ cuʒ onere vt ibi
per cy. aut loquimur i hereditarijs ⁊ tũc quãdoq; onus iniũ
gitur gradui generaliter:⁊ accreſcit cũ onere. vt.l.q̄ cõditio i
prin. de cõdi. ⁊ de. qñq; iniũgitur quibuſdã nominati de gra
du:⁊ tunc aut iniũgitur nominatim omnibus pſonis eiuſdẽ
gradus. ⁊ tũc idẽ q̄ accreſcat omnibus eiuſdẽ gradus cũ one
re ſuo. vt dicta.l.q̄ cõditio.ij.rñ.⁊.l.ciuitatibus.§.j.⁊.l.ſi duo
bus. de leg.j. qñq; iniungit̃ nominatim vni tñ tũc accreſcat ſi
ne onere. vt.l.cũ⁹.§.ſi. de le.ij. vbicũq; aũt dixi ꝙ hereditas
accreſcat cũ onere intelligitur qñ ab initio fuit pro nõ ſcripta
hereditas.⁊ per conſequens legatum reſpectu pſone eius
quo relinquitur ſed ſi ab initio tenuit inſtitutio: dic vt.l. qui
13 dem. de iura. cal. ¶ Sed quero quare magis accreſcat cum
onere hereditas pro non ſcripta: q̄ legatũ. dic. ꝙ ideo q̄ he
reditas repreſentat pſonam defuncti. vt.l. hereditas. ff. de ac
qui. re do.⁊ ideo cõſiſtit cum onere ab ipſo initio. vñ cũ one
re accreſcit ſed legatarius non repreſentat perſonam defun
cti.⁊ ideo non accreſcit cum onere. q̄ ab initio non ſubſiſtit.
14 ¶ Sed que eſt ratio vtrum reliquatur nominatim: vel nõ
dic vt in tex. in.l.j.§.i ſubſtitutiõe. ff. ad.l. fal. et.l.j. inſi. de.l.iij.
¶ Itẽ q̄ro que eſt ratio ſi relinquat̃ ab omnibus de gradu
vl ab vno de gradu nominati reſpõdeo q̄ primo caſu vi̇̃. mag̃
relinquere a gradu: q̄ a perſona. in ſecundo potius a perſo
na vt dicta.l. que conditio.ij.rñ. aduerte etiam q̄ illud quod
dixi in legatis caducis ⁊ quaſi caducis: ꝙ accreſcit cum one
re reuocãt doc. in dubium an hoc ſit verum in qualibet con
iunctione. nam quidã ſunt coniuncti re ⁊ verbis. quidam ver
bis tantum. quidã re tñ. glo. tenet ꝙ hoc ẽ verum in coniun
ctis re ⁊ verbis: vel verbis tantum. ſecus autem in cõiunctis
re tñ. q̄ tunc quilibet capit inſolidũ iure ſuo: non per ius ac
creſcendi: ſed per ius non decreſcendi. vt no. in.l.j.§.ſi autem
a deficiẽte. de ca. tol.⁊ hanc opi. glo.⁊ʒ bar. in dicta.l. que con
ditio. reprobata opi. pe. qui tenet ꝙ etiam in coniunctis re ⁊
verbis accreſcat ſine onere caducis:⁊ quaſi. ¶ Circa p̄dicta
15 quero an onus iniunctum[a] per modum conditio in perſo
na inſtitutorum videtur repetitum in perſona ſubſtitutorũ
videtur ꝙ nõ in dicta.l. que cõditio.ij.rñ.⁊ in.l. ſub cõditione
de here. inſti. In cõtrariũ videtur caſus in.l.j.§. pro ſecundo
de cadu. tol.⁊.l. licet. de le.j. gl. in dicto.§. pro ſecũdo. dicit. ꝙ
cõditiões caſuales non tranſeunt ad ſubſtitutos ſed cõditio
poteſtatiue ſic:⁊ ita tenet ibi bar. in dicta.l. que cõditio dicit
ꝙ in legatis onus iniunctuʒ per viã cõditionis trãſit ad ſub
ſtitutũ: ſed in hereditatibus nõ: niſi a teſtatore ſit repetita. vt
dicta.l. ſub conditione latius tñ de iſta repetitione in legatis
dic: vt dicta.l. licet. de le.j. ¶ Quarto quero dicitur hic ꝙ illḋ
onus monaſterium conſtruẽdi nõ poteſt impleri in loco de
16 monſtrato:ʒ in alio impleri. quero quid in alio onere qḋ
legatarius vel heres non poteſt implere: an faciat deficere le
gatum in hereditatis emolumentum. nam ſuperius eſt tra
ctatum cum deficit ipſum principale. ſ. hereditas vel legatuʒ
an deficiat onus. ſed ego quero econuerſo ſi deficit acceſſoriũ
ſ. onus an deficiat principale. pone relinquo tytio mille: ſi ſer
uum manumiſerit: ſi ſeiã vxorem duxerit ſi ſeruũ vel equũ ta
li eccleſie dederit: ſi cũ filijs meis habitauerit: modo onus i
pleri nõ poteſt. q̄ mortuus eſt ſeruus qui dõari: vel manu
mitti: illa nõ vult nubere. q̄ nõ poteſt: vel q̄ nõ vult: nec ſimi
liter habitare cum filijs teſtatoris. aduerte q̄ onus qñ adĩci
tur p modũ cõditionis qñq; p viã modi: de quoꝝ differẽtijs
ſ. modi ⁊ cõditionis dic. vt.ſ. de cõdi. ap. c. de illis. primo caſu
dicas. ꝙ multiplex eſt cõditio. nã quedam eſt cõditio neceſſa
ria:⁊ hec duplex. naʒ quedã eſt neceſſaria omni certitudine:
an ⁊ qñ: vt ſi ſol oriatur cras. q̄dã eſt neceſſaria an: ſed nõ qñ
vt ſi tytius moriatur.⁊ in iſta cõditio. dic ꝙ ſi eſt certa omniũ
certitudine: reddit diſpoſitionẽ purã:⁊ non ſuſpendit. vt.l. ſi
pupillus.§. qui ſub conditione de noga. aut queritur de ea q̄
nõ eſt certa omni certitudine. et hic refert in cuius perſona
apponatur. vt. ff. de cõdi.⁊ de.l. heres meus ⁊ hec de cõditiõe
neceſſaria q̄dam eſt conditio impoſſibilis.⁊ hec ſubdiuidit̃.
q̄ quedam eſt impoſſibilis de natura quedam eſt impoſſibi
lis de iure: quedam eſt impoſſibilis de facto. quedam eſt im

poſſibilis ratione perplexitatis.⁊ pone exempla de omnib⁹
inſti. de inuti. ſtipu.§. impoſſibilis.⁊ de here. inſti.§. impoſſi
17 bilis.⁊.ſ. de condi. app. c. ſi. ¶ Qualiter autem iſtarum im
poſſibilium cõditio defectus vitiet: vel vitietur. dic ꝙ aut eſt
impoſſibilis impoſſibilitate nature:⁊ vitiatur:⁊ non vidat.
diſpoſitionem. q̄ habetur pro nõ adiecta aut eſt impoſſibi
lis impoſſibilitate iuris ⁊ idẽ vt.l. cõditiones. de condit. ⁊ de.
aut eſt impoſſibilis ratione perplexitatis ⁊ iſta vitiat diſpoſi
tionẽ vt.l. ſi tytius de cõdi. inſti. Aut eſt impoſſibilis impoſ
ſibilitate facti.⁊ tunc videtur dicere glo. in dicto.§. impoſſibi
lis ꝙ etiam iſta vitiat de quo dic per cy. C. de his que pe. no.
l.j.⁊ de iſtis omnib⁹ dic: vt no. in.l.j. ff. de condi. inſti. vbi ple
ne per bal. ſiue adĩciatur in contractibus: ſiue in vltimis vo
luntatibus: in matrimonijs dic: vt in dicto. c. ſi. de cõdi. ap. et
hec dicta ſunt de conditione neceſſaria:⁊ impoſſibili. Quedã
eſt cõditio poſſibilis:⁊ queritur an ipſius defectus vitiet di
18 ſpoſitionem. ad cuius euidentiã premitte. ꝙ triplex eſt con
ditio poſſibilis. Nã quedam eſt poteſtatiua: quedã caſualis:
19 quedam mixta. poteſtatiua cõditio eſt que dependet a vo
luntate eius: cui relinquitur: vel qui inſtituitur. vt inſtituo te
heredem ſi ſcholas exieris: vel ad riualtã ieris in poteſtate
el tua eſt exire. nec obſtat ſi dicas. ꝙ hoc nõ ẽ i poteſtate tua.
cũ totus noſter ſtatus ex inſidijs fortune dependeat:⁊ in per
petuo motu cõſiſtat in autentica. de nõ al.§. vt aũt. Nã lʒ poſ
ſit ſic impediri: tñ non eſt veroſile: ꝙ impediatur.⁊ in hoc de
bemus nos referre ad cõe iudiciũ. vt. ff. de here. inſti.l. ſuus.§
⁊ puto.⁊ ibi no. Si autem nõ conſiſteret in voluntate ei⁹ cui
relinquitur: ſed alterius vt inſtituo te ſi tytius ſcholas exiue
20 rit: non eſſet poteſtatiua ſed caſualis ſecũdũ ia. de ra. Cõdi
tio caſualis eſt: que pẽdet ex inſidijs fortune vt inſtituo te he
21 redem ſi nauis ex aſia venerit. Cõditio mixta accipitur duo
bus modis. vno modo: quando pendet ex facto meo:⁊ ex ca
ſu: vel inſidijs fortune.⁊ in illa idem ſeruatur: quod in caſua
li vt no. ff. de. condi.⁊ de. in rubrica ⁊ de iſta loquitur.l. ſi pa
ter. C. de inſti.⁊ ſub alio modo cũ dependet ex poteſtate mea
⁊ alterius.⁊ de iſta loquitur.l.j.e. ti. hoc premiſſo qualiter ip
ſarum defectus reddat inutilem diſpoſitionẽ: diſtingue aut
erat conditio caſualis:⁊ expectatur eius euentus. licet enim
impediatur impleri per caſum: non habebitur conditio pro
impleta vt not. ff. de condi. ⁊ de. in rubrica. ſi erat conditio po
teſtatiua refert aut erat talis poteſtatiua conditio que pen
det ex facto meo tñ: aut ex facto meo:⁊ alteri⁹ q̄ dixi vno mõ
mixta. primo caſu aut impedior per eũ cui⁹ intererat nõ ipleri:
⁊ habetur conditio pro impleta. ff. de regu. iur.l. iure ciuili.
⁊.l.iij. de condi. inſti.⁊ quod ibi not. aut impedior per caſum:
⁊ tunc idem de condi. inſti.l. que ſub conditione.§. quodens.
aut impedior per tertium:⁊ tunc aut ille tertius iuſte me ipe
dit:⁊ tunc habetur pro impleta. vt. ff. de condi.⁊ de.l. ſi tytius
ſtatuas. aut iniuſte vt interficiendo.⁊ tunc aut ille tertius eſt
ſoluendo:⁊ conditio habetur pro defecta. ſed agitur contra i
pedientem. vt.l. inde verũ.§. idem iul. ad.l. aqui. aut nõ eſt ſol
uendo:⁊ tunc habetur pro impleta. vt. ff. de eo per quem fac.
erit.l. ſi. ſcḋo caſu quando erat implenda conditio que depen
det ex facto meo ⁊ alterius:⁊ tunc aut impedior per me ipm:
⁊ non habebitur pro impleta. vt.l.ij. C. de inſti.⁊ ſubſti. aut p
eum ex cuius facto pendebat:⁊ habetur pro impleta. aut ipe
dior per caſum:⁊ hoc refert. aut erat adiecta conditio in fauo
rem meum: aut illi⁹ in cuius perſona cõtigit caſus: aut vtriuſ
q; aut dubitatur. ſi in fauorem ,ratum habetur pro impleta
⁊ ita videtur ſentire dy. in. c. imputari. de regu. iur. li. vj. alij di
cunt ꝙ fauore alimentorum habetur pro impleta. alias ha
betur pro defecta.⁊ ita not. in.l. in teſtamento. de condi.⁊ de.
Secundo caſu quando in fauorẽ illius in cuius perſona con
tingit caſus:⁊ videtur deficere.⁊ ideo non habetur pro im
pleta: vt.l. ſcio. de an. leg.⁊ de ꝯdi.⁊ demõ.l. illis. fallit in liber
tatis. e. ti.l. cum ita tertio caſu quando in fauorẽ vtriuſq;: tũc
ſecundum dy. habetur pro defecta. quarto caſu quando du
bitatur preſumitur in fauorem legatarij cui erat aliquid ſub
cõditione adſcriptum: ſi ex veritate vel ex cõiecturis aliud nõ
apparet ⁊ ideo legatum indiſtincte debetur ſecundum dy. q̄
ita no. in dicto. c. imputari.⁊ cy. in.l.j. de le.⁊ Bar. in.l. in teſta
mento. de condi ⁊ de ⁊.l. illis. eo. ti. vltimo caſu quando erat
implenda cõditio mixta.⁊ dic ꝙ mixta accipit̃ vno modo p
ea que eſt poteſtatiua. ſed pendet ex facto alterius.⁊ de illa
ſ. prox. dictum eſt alio modo accipit̃ mixta pro ea que pen
det ex facto meo:⁊ fortune.⁊ de iſta idem quod in caſuali ſe
cundum cy. qui ita not. in.l.j. C. de condi. inſti.⁊ bart. i dicta.l.
in teſtamento.⁊ vtrobiq; per eos quare iſta tam varie.⁊ hec
22 dicta ſint de conditione. De defectu vero modi an vitiat di

ſpoſitione tangit cy. in dicta. l. j. bart. ſuper hoc quando defi
cit onus iniunctum per modum modi vel aliter an defi-
ciat legatum notabiliter ſic diſting. quandoqꝫ onus impoſi-
tum legatario eſt ab initio nullum. quandoqꝫ annullatur ex
poſt facto. primo caſu aut teſtator voluit ad legatarium ali-
quod commodum pertinere. puta interuſuriū medij tempo
ris. ⁊ licet annulletur onus: non annullatur legatum vt. l. ſi
quis cum. de condi. ⁊ de. aut voluit ad eum commodum per
tinere. ⁊ tunc aut onus annulletur ratiōe impoſſibilitatis de
natura vel de iure vt quia turpe ⁊ nō annullatur legatum. qꝛ
impoſſibilitas debet remoueri. vt. l. optinuit. de condi. ⁊ de. ⁊
l. reprehendenda. C. de inſti. ⁊ ſub. ſed ſi modus impoſſibilis
non contineret turpe: ſed reſpiceret aliquem prium actū tunc
deberet in alium tranſmutari. vt. l. legatum. de vſufruc. le. et
hoc. ſi vero onus eſt nullum. quia. l. ſibi non aſſiſtit: tunc aut
onus eſt implendum de ipſo legato: aut extrinſecus de alio
primo caſu aut onus eſt nullum iuſta conſideratione teſta-
toris ⁊ fideicommiſſarij ⁊ loquitur. l. codicillis in princ. de. l.
ij. quia legatum eſt nullum: quo ad petitionem: non quo ad
retētionem. ſi vero onus eſt nullum alia ratione tunc legatum
eſt nullum in totum. vt. l. ſi quis quos. de le. ij. ſi vero onus de
bet impleri aliunde: tunc licet onus ſit impoſſibile: legatum
non vitiatur vt. l. cum filius. §. non iure. ff. de le. ij. ⁊. C. de le. e.
ab adminiſtratione. ſecundo caſu principaliter cum on⁹ an-
nullatur ex poſt facto: ⁊ tūc aut facto teſtatoris: aut alio acci-
denti. primo caſu annullatur legatum. vt. l. filio. §. matri. de
adim. le. ſecundo caſu non annullatur legatum: licet annulla
tur onus vt. l. pater. §. tuſcianus. de le. iij. fallit ſi eſſet elect⁹
vt miniſter. vt. l. ſi quis tytio de le. ij. quid econtrario. ſi lega-
tum eſt nullum: an ex hoc erit nullum onus legato adiectum
glo. diſtigunt in dicta. l. codicillis. in dic. vt dixi. ſ. in. iij. q. in p
non ſcripto caduco: ⁊ quaſi. ⁊ hec dicta ſint de condi. ⁊ modo
reſtaret declarandum ſi legato adijcitur aliqua demonſtra-
tio: vel cauſa. ⁊ ſic facta an vitiat legatum. dic de demonſtrati
one vt. l. demonſtratio. de cōditio. ⁊ dem. ⁊ de cauſa dic: vt. e.
§. quod autem. alibi dicā. j. ℂ Ultimo quero dictum eſt. ſ.
deficit legatum: an remaneat onus ⁊ econtrario. quādo on⁹
23 adimittitur: an legatū etiam ſic ademptum. ſed quero ſi le-
gaui tytio domum meam cum onere aliquid dandi: vel faciē
di: deinde dico legatum domus factum tytio adimo: ⁊ lego
ipſam gaio an ſicut eſt tranſlatum legatum: ita videatur trāſ
latum onus. dicit bar. ꝙ quandoqꝫ tranſlatio legati eſt facta
in eundem quandoqꝫ in alium primo caſu non videtur repe
titum onus. ff. de adi. le. l. ſi tibi. ſecundo caſu quando in aliū
⁊ tunc aut nouum onus eſt ei iniunctum ⁊ non videtur repe
titum onus primi. vt. l. alumne. de adi. le. aut non eſt ſibi iniū
ctum nouum onus et tunc aut onus iniunctum coherebat
perſone: ⁊ non videtur repetitum. alias ſecus vt. l. legatum.
de adi. le. ⁊. l. gaio. in prin. de ali. ⁊ cib. le. et ita no. bar. in dicta.
l. alumne. quod no. ⁊c.

1 ℂ Legatum poteſt relinqui nudis verbis.
2 Uerba impersonaliter in teſtamento prolata ſiue concernāt
cōmodū ſiue grauamem ad heredē ſunt in dubio referenda.
3 Monaſteria ſi ſint duo eiuſdem nominis ⁊ aliquid relictum
ſit vni ex eis cui intelligatur relictum. ⁊ nu. 4.
5 Teſtator habebat plures ſcutellas argenteas: quarum vnā
legauit. cuius erit electio.
6 Teſtator legauit ſeruum in fuga conſtitutum: cuius expēſis
inueſtigabitur vbi ſit.
7 Alimenta quando relicta ſunt quis debeat ſoluere gabellam
heres: an legatarius.
8 Legatum factum liberis an intelligatur factum liberis qui
erant tempore teſtamenti an illis qui tempore mortis.
9 Relictū factū familie vel agnatis tytij iam defuncti an valeat.
10 Legatum factum de poſſeſſionibus de quibus intelligatur.
11 Teſtator ſi dicat tantū lego liberis de quibus intelligatur.
12 Relictum factum ſimpliciter de aliqua re an intelligatur de
minori vel maiori.
13 Teſtator ſi reliquit eccleſie figuram chriſti cum apoſtolis in-
telligitur cum duodecim.
14 Affixa alicui veſti an veniant in legato veſtis.
15 Apothece legato an cōprehēdantur que in ea ſunt vendendi
cauſa. ⁊ nu. 16.

IUdicante. Debetur legatum nu-
dis verbis a teſtatore re
lictum primo narrat. ſecundo prouidet. ibi: in
1 quibus. ℂ No. ergo ꝙ legatum relinquitur nu
dis verbis concor. l. ſi. C. de fideicō. et etiam nu-
tum quod dic. vt. l. nutu. de le. iij. ⁊. l. iubemus. C. de teſtamen
tis. ⁊ ſecundum gl. eſt argumentum ꝙ per nuda verba quis
obligatur. de quo vide. xij. q. ij. c. quicunqꝫ ſuffragio. Quid ſi
teſtator dicit vellem tytium habere mille. dic de iſto verbo
vellem. ⁊ volo. vt. l. pamphilo. §. propoſitum. de le. iij. imo quā
doqꝫ valet diſpoſitio. licet verba ſint defectiua. ſi ſalua ratio
ne recti ſermonis poteſt ſuppleri defectus. vnde ſi teſtator di
cit tytius heres intelligatur mihi eſto. Item ſi diceret tyti⁹
eſto intelligatur heres. vt. l. j. ff. de heredi. inſtitu. nam verba
quandoqꝫ diſpoſitiua habent defectum ex parte verbi. quan
doqꝫ ex parte perſone eius a quo relinquitur. quandoqꝫ ei⁹
cui relinquitur. rurſus quandoqꝫ teſtator loquitur diſponen
do. quandoqꝫ exhortando. quandoqꝫ annuntiando. ⁊ an om
nibus iſtis modis habeat officium diſpoſitionis eius verba
dic. vt not. in. l. peto in princi. de. le. ſecūdo ⁊ de vſufructu. le.
l. generali. in pricipio. ⁊. l. ſtipulatio iſta. §. iij. ff. de verb. obli.
p bar. ℂ Secundo not. ꝙ iſta vxor legauit liberis cōtb' amo
naſterio ſcutellā argēteā inter pſonas ergo coniunctas ⁊ pri-
uilegiatas emanauit iſta diſpoſitio inter liberos. ⁊ pro anima
quorum fauore etiā de iure ciuili valet diſpoſitio imperfecta
reſpectu ſolennitatis. vt dicam. j. eo. c. cum eſſet ⁊. C. de teſta.
l. hanc conſulti. §. ex imperfecto ⁊ quod nota. in. l. quoties
⁊. l. ſi. C. fami. hercī. non tñ credo hic aliquid ſpeciale. nā etiā
inter extraneos valeret. vt codicill⁹ diſpoſitio de qua hic ſi q
aliqꝫ teſtibus pbaretur vt. l. ⁊ in epiſtola. C. de fideiuſſorib⁹.
ℂ Tertio not. ꝙ illa domina iuſſit venundari. ⁊ dari ſuis li-
2 beris. ⁊ non dixit per quem. dic ꝙ intelligitur de herede. ſ
nā verba impersonaliter in teſtamēto prolata ſiue concernāt
commodum. ſiue grauamen. ad heredem ſunt i dubio referē
da tñ teſtator vr̄ i dubio puidere vl̄ dicta. l. peto. ⁊ de ſtatu.
li. l. ſi ita. facit autentica. ſi. quando. C. de conſti. pac. ℂ Que-
rit glo. ſi ſi relictus eſt monaſterio ſancte marie fundus. vel ⌐ Ponit queſtiones.
3 x. ⁊ duo vel plura ſunt monaſteria ſancte marie. cui debeatur
dicit glo. ꝙ pauperiori. vt in. §. ſi quis in nomine all. in gloſ.
in perſonis vero ſi verſatur incertitudo. puta lego tytio cum
ſint dubio eiuſdem nominis. an vitietur diſpoſitio ratione i
certitudinis in legatis heredum inſtitutionibus. in tutorib⁹.
in executoribus teſtamētorū in officialibus quando vitiet ta
lis incertitudo alias non dic plene per bar. in. l. quidam de re
bus du. in queſtione autem glo. que tenet. dandum monaſte
rio pauperiori credo hoc verum. niſi appareat oppoſitum.
ex aliqua coniectura. pone enim ꝙ non in pauperiori. ſed
in ditiori teſtator erat ſolitus conuerſari. et audire diuina.
⁊ erat eius perochia certe de iſto etiam ditiori intelligam nā
ſi dicerem reliquo eccleſie ſancte marie centum. cum hic vene-
ris ſint tres intelligas de ſancta maria noua. que eſt mea pa
rochia. vt not. cy. in. l. j. C. de ſacro ſanc. eccle. ⁊ bar. in. l. que cō
ditio. §. j. de condi. ⁊ de. materiā de legato in certis perſonis
facto tangit cy. in. l. id quod pauperibus. de epi. ⁊ cle. ⁊. l. nul-
li. e. ti. incidenter circa hoc tangit io. an. ſi nō apparet de duo
bus monaſte. quod ſit pauperius hoſtien. ſ. eo. tua dicit ꝙ ſe
cundum quoſdam neutri debetur. ff. de re. du. l. ſi ita fuerit cū
ſi. alia ꝙ prius petenti. de leg. j. l. ſi pluribus. ipſe tenet ꝙ epi
ſcopus alteri aſſignando vel diuidendo gratificabit. ff. de le.
j. l. tytie textores ⁊ idem gui. in ſpec. de inſtru. edi. §. nunc ve-
ro aliqua. verſicu. quid ſi aliquid facit ad. q. de pluribus cur-
rentibus ad brauium ⁊ duo pariter occurrerunt de qua l. pri
5 ma conſtitutione. digeſtorum. ℂ Secundo quero pone ſ ꝙ
teſtator habebat plures ſcutellas argenteas. ſed vna erat me
lior altera queritur cui⁹ erit electio. an heredis. an monaſterij
legatarij. gloſſ. non firmat. ſed accur. in. l. legato generaliter.
de le. j. diſtinguit ꝙ aut teſtator legauit incertum de incerto.
⁊ tunc aut in patrimonio ſuo habebat de ſpeciebus illis lega
tis. ⁊ erit electio legatarij aut non habebat i ſuo patrimonio
⁊ tunc electio eſt heredis. ⁊ rationem diuerſitatis ſubtiliter
ibi vide per barto. quandoqꝫ reliquit incertum de certis. aut
vnum de ſeruis meis. vel vnam de ſcutellis meis. ⁊ tūc electio
eſt heredis. vt. l. ſi quis a filio. §. ſi quis. de lega. j. Sed poſſes
opponere ⁊ videtur ꝙ declaratio voluntatis defuncti non p
tineat ad heredem. vt not. in. l. pompo. ſcribit ſi frumentum.
§. fina. de rei ven. ſolut. quandoqꝫ ex declaratione heredis.
poſſet tertius ledi. ⁊ ad eum non ſpectat. vt in cōtrario. quā
doqꝫ ex eius declaratione alius cap. cōmodum. ſ quomodo-
cunqꝫ declaret. ⁊ tunc ad ſuum incommodum declarare. vt
dicto. §. ſi quis. ⁊ quod ibi per barto. ⁊ de illo articulo. an de-
claratio tranſeat ad heredem. vel poſſit quis per alium de-
clarare. dic. vt l. inter. ſtipu. §. ſichum. de verbo. obligati. ⁊. l.
ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud. eodem. titulo. ⁊. q. huius
glo. loquitur in obligatione generis. cuius ſit electio in obli-
gatione alternatiua deſcendente ex contractu vel vltima vo-
luntate. dic.

luntate.dic.vt.l.luci. de le.ij.in beneficijs dic.vt.c.gratia.de
6 reſcrip.li.vj.¶ Tertio quero ⁊legauit teſtator ſeruum in fu/
ga conſtitutum:quero cuius expenſis inueſtigabitur vbi ſit:
an heredis:an legatarij.glo.nimis ſuccincte ſe expedit.et ſi/
militer ioan.andre.ſed in ſeruo exiſtēte in fuga ⁊ in quacun
ꝙ re legata:que eſſet in longiquo loco diſtingue igitur.qua
tuor tempora.aut enim ſeruus vel alia res eſt abſens tempo
re teſtamēti:⁊ tunc ad heredes ptinent ſumpt⁹:⁊ opera vt.l.
cum ſeruus.de le.primo.⁊ ſi dubitetur de re:an ſit in rerum
natura:cauebis heres ſecundum.l.ſeruo legato.§.fina.eo.ti/
tu.⁊ hec vera quando res eſt multum abſens a lōginquo:vel
alias ignoratur vbi ſit: et pro inquirendo rem requiritur
magnus ſumptus.nam ideo tunc ſumptus ſpectat ad he/
redem.quia ſi ad legatarium:commodum legati eſſet modi
cum: vel nullum.quod non videtur ſenſiſſe teſtator:cum il/
lud eſſet tēpore teſtamēti.ſʒ ſi res eſſet abſens non multuʒ a
longinquo:tunc heres liberatur dando vbi eſt.vt.lege.cum
res.§.primo.de lega.j.vnde ſi venetus de ſuo podere quod
hʒ ciuiſij:vel padue legat mihi.x.ſtaria grani:ſufficit ꝙ he/
res det mihi vbi eſt frumentum illud.ſecus ſi podere eſſet
in inſula nigropontis:vel crete vnde huc venetis non defer/
tur ſine magno ſumptu.ad hoc vide nota.per bart.in.l.j.de
7 alimen.⁊ siba.le.⁊ vbi ſubdit queſtionem.cum alimenta relin
quuntur quis debet ſoluere gabellam:an heres qui exhibet
alimenta:an legatarius.⁊ dicit ꝙ gabellam que ſoluitur pro
rebus tenet̄ ſoluere heres gabellas vero que imponuntur
more contemplatione perſone:non pro rebus tenet̄ alimen
tarius.allegat.le.cum in pluri.§.finali.⁊ ibi text.vide text.
ad predicta in.l.prima de ero.ini.an.li.xi.⁊.l.j.§.penultimo.
de pericu.⁊ commo.rei ven. Secundum tempus eſt quando
res cepit eſſe abſens poſt teſtamentum:ante aditam heredi
tatem:videtur velle accur.ꝙ labor perſone ſit heredis in pro
ſequendo ſumptus debeant fieri per legatarium.nam teſta
tor non videtur grauaſſe heredem in ſumptu:cum hoc non
eſſet tempore teſtamenti.vt.l.ſi ſeruus legatus.in principio.
de lega.primo. Tertium tempus eſt poſt mortem:⁊ ante a/
ditam hereditateʒ.⁊ tunc glo.diſtinguit:ꝙ aut fuit culpa he
redis:⁊ eius ſumptu reducitur aut non ⁊ tunc ſumptibus le
gatarij quartum tempus eſt poſt mortem:⁊ aditam heredi/
tatem.⁊ dic vt dicta.l.cum ſeruus.vbi hec membra tangun/
tur.⁊ ibi Bartolus.Et predicta faciunt ſi de re legata que/
ſtio mouetur in iudicio:vel teſtatori:vel eius heredi : anteꝙ̄
tradit cuius ſumptibus agitabitur queſtio:an heredis an le
gatarij.de quo dic:vt nota.in autentica nunc ſi heres.C.de
litigi.vbi diſtinguitur.an cum legabatur erat litigioſa.⁊ tūc
ſumptu heredis.an poſtea viuo vel mortuo teſtatore:⁊ tunc
ſumptu legatarij: niſi poſtꝙ̄ cepit heres eſſe in mora.ita di/
cit gloſſa.in dicta autentica.nunc ſi heres cui adde quod no/
tat in ſi.bart.in.l.j.ff.de impen.in re do. ¶ Quarto quero vl
8 tra omnes hec teſtatrix iuſſit concham dari liberis.⁊pone
ergo ꝙ habebat liberos tpe teſtamēti:⁊ plures habere deꝑ/
hendit̄ tempore mortis : an debet in rebus intelligi tam de
liberis tempore teſtamenti:⁊ etiam de liberis tempore mor
tis.⁊ videtur ꝙ de liberis tempore teſtamenti tantum.quia
idem eſt in rebus.vt ſi lego res meas:intelligit̄ de his quas
habeo tempore teſtamenti:non de his quas poſtea acquiſi/
ui.vt.l.ſi ita.de auro ⁊ argen.le.in contrarium facit.quia ſi le
go cognatis meis intelligit̄ de cognatis tempore teſtamen/
ti:⁊ mortis.vt.l.ſignatis.de reb⁹ du.⁊.l.placet.de li.⁊ poſthu.
vbi ſi inſtituo poſthumos mihi naſcituros:intelligit̄ de vxo
re.quam habeo vel habebo poſtea.dicit Bartolus.ꝙ in du/
bio verba referuntur ad perſonas tempore teſtamenti.fallit
fauore teſtamenti.⁊ cognationis ipſius teſtatoris.vt intelli/
gatur de cognatis etiam tempore mortis natis.non conce/
ptis tantum vt.l.qui filiabus.in prin.de le.primo nec etiam
de cognatis tertij:puta relinquo mille cognatis tytij intelli/
git̄ enim de his qui ſtant tempore teſtamenti per rationem.
9 l.ſi ita.de auro ⁊ argen.le. ¶ ⁊Quid ſi relinquo familie vel
agnatis tytij iam defuncti:videtur non valere quia iam titi⁹
non habet familiam.vt dicta.l.ſi ita contrarium dicit Bart.
ꝙ valeat.quia videtur relictum omnibus qui ex illo fonte et
perſona tytij deſcendunt.vt.l.pronuntio.§.familie.de ver/
bo ſignifi.⁊ ita ſe habet communis vſus loquendi:vt ſi dice/
rem lego omnibus de tali domo:intelligit̄ de hominibus
de tali ſtipite. Idem ſi diceret domui.vt.lege.j.ad ſil.et hoc
non admittentur ſolum qui ſunt proximi defuncto:ſed om/
nes equaliter.quia ceſſat ratio coniunctionis defuncti:ſecun/
dum Barto.qui ita nota.in dicta.l.ſi cognatis.nam ratione
coniunctionis relictum factum familie teſtatoris:eſt affectio
ordinata:videtur factum ordine ſucceſſiuo.vt.l.peto.§.fratre
10 de le.ij.⁊ hec habent locum in legato facto perſonis ⁊quid in
legato rerum ſi lego poſſeſſiones meas.dic ꝙ intelligitur de
his que habeo de preſenti.fallit in rebus que vſu conſumun/
tur.verbi gratia relinquo pannos meos:vel frumentum:et
oleum:ſiue vinum:⁊ illud quod tempore teſtamenti habebat
teſtator eſt conſumptum .certe debet intelligi de illis veſti/
bus:frumento:vino vel oleo quod reperitur habere tempo/
re mortis.⁊ ita notat barto.in.l.ſi ita.de aur.⁊ argen.le.quod
tene menti.nam eſſet eadem queſtio in legato nummorum:ſi
inter tēpus teſtamenti ⁊ mortis eſt variata pecunia. ¶ Quin
11 to quero ⁊hic dixit teſtatrix liberis ſuis pone ergo ꝙ non ad
tecit ſuis.ſʒ dixerit liberis:de quib⁹ debet intelligi:dic.ꝙ de
liberis ſuis.vt.l.cum acutiſſimi.C.de fideiuſſo.⁊.l.peto.§.fra
tre.de le.ij.⁊ ibi per pe.⁊ ideʒ dicas in rebus.vt diſpoſitio ſu
per rebus ſuis referatur in dubio ad res teſtatoris.verbi gra
tia quidam aduocatus inſtituit quendam alium aduocatum
⁊ grauauit eum vt daret omnes libros ſuos gaio : intelliget̄
ne de libris aduocati:an teſtatoris.vl̄ pone teſtator dixit.ſi he
res meus deceſſerit ſine liberis bona ſua deueniant in talē.i/
telliget̄ ne de bonis ipſius teſtatoris vel heredis.⁊ dic ꝙ in
dubio in his et ſimilibus caſibus debet diſpoſitio intelligi/
de bonis ipſius teſtatoris:vel heredis.⁊ dic ꝙ in dubio vt no.
barto.in.l.cum in teſtamen.de auro ⁊ argen.le.⁊ ibi gloſ.que
incipit.teſtatoris.⁊.ff.ad trebel.l.ex facto.in prin.ſuper ver/
bo ſuam.⁊ hoc not.propter vſum tabellion.qui communiter
teſtamenta ⁊ inſtrumenta ſcribunt in tertia perſona:licet poſ
ſent etiam in perſona vt.c.dudum.de conuen.coniu. ¶ Sex/
12 to quero. ⁊hec teſtatrix reliquit ſcutellam argenteam mone/
ta.pone ergo.ꝙ reliquit ſimpliciter ſcutellam cum haberet
ipſas de piltro:auro:⁊ argento.de quibus debet intelligi.dic
ꝙ dubia diſpoſitio in dubio intelligitur de minori vnde ſi ve
netis mihi reliquit cētum libras.deberet intelli.de libris mi/
nutis.non de groſſis.vt.l.minus de le.iij.⁊ hoc verum regu.
fallit fauore religionis.vnde ſi quis legat calicem in eccleſia.
intelligatur de argento.non de piltro. Item ſi legat plane/
tam intelligitur de ſerico vt no.bar.in.l.titia.§.ſeia.de auro.⁊
13 argen.le.⁊ vbi ſubdit queſtionem.ſi teſtator reliquit fieri in
quadam eccleſia figuram chriſti cum apoſtolis.certe debet i/
telligi.cū.xij.apoſtolis quod not. Utrum autem in caſu hui⁹
c.ſi teſtator concham ⁊ argenteam redegit ad maſſam.⁊ fecit
de ea coclearia.vel aliam ſpeciem.an illa noua ſpecies debea
tur.dic.vt not.in ſi.in.l.queſitum.§.illud fortaſſis.de le.iij.et
ꝙ de domo deſtructa ⁊ refecta not.in.l.ſi ita legatum.§.ſi do
mus.de le.j.⁊.l.ſeruuʒ filij.§.aree.⁊.§.ſi paucula.eo.ti.⁊ quid
iuris ſi illa ſcutella erat ornata lapidibus pretioſis maioris
pretij.vel minoris.an veniant in legato.dic.vt.l.⁊ ſi nō ſint.§.
14 perueniamus.⁊.l.quamuis.de auro ⁊ argen.le.⁊ ⁊ an venirēt
iſte hochecte in legato veſtis cui affixe ſunt per modum.ꝙ ſ
de leuantur.⁊ ponūtur.⁊ ſunt maioris pretij.ꝙ̄ veſtes ſ qua
druplo.dubito nam de maſpillis argenteis.vel de perlis af/
fixis.dic.vt.l.cum aureis.⁊.l.ſe.eo.titu.⁊.l.pediculſ.§.auro.et.
§.item.cum quereretur.eo.tit.vbi dicitur ꝙ ſi quis in teſta/
to legat ornamenta ſua.non videtur legare ea.que habebat
cauſa vendendi.ſed ad proprium vſum tantum.ſi autem ad
proprium vſum non habebat.tunc venit quod venale hʒ.qđ
not.⁊ vide nota.per Barto.in.l.generali.§.vxori de vſu leg.
vbi de iſtis venalibus an veniant quia dicit ꝙ non. ¶ Septi
mo quero hic loquitur de concha vel ſcutella argentea que
nihil in ſe continent.ſed ponamus legatur res.que ſe ipſam
conſpectui exhibet:⁊ multorum vt ſic dixerim conſeruatrix
eſt:vt apotheca. Item ſtarium ad menſuram deputatum po
15 ne ergo.⁊legat quis mihi apothecam pannorum vel vnam
menſuram grani:an intelligemus ſolum de corpore apothe
ce.vel menſure.an vero de pannis exiſtētibus inter apothe
cam:vel frumentum ad menſuram illam.bar.in legato apo/
thece pannorum ⁊c.dicit ꝙ non videtur legata mercantia.ſʒ
illa verba pannorum magis videntur adiecta cauſa demon/
16 ſtrationis loci.vt.l.cum tabernam.de pigno.⁊qđ ergo ſi teſta
tor dixit lego apothecam pannorum meoruʒ cum omnibus
que ibi ſunt.an videatur legata ipſa mercantia dicit Barto.
ꝙ non ſub nomine vniuerſitatis vt debita ⁊ credita debean
tur legatario:ſed videātur relicte res corporales:que ibi ſunt
vt.l.predijs.§.ſ.de.le.iij.debet ergo dicere : cum omnibus
que ibi ſunt:⁊ debitis:⁊ creditis debent vti nomine vniuerſi/
tatis.vt lego mercantiam meam:menſam:⁊ ſimilia.vtrū aūt
tunc veniet locus in legato.glo.ſentit ꝙ non in.l.cum pater.
§.menſe.de.l.ij.facit de le.iij.l.librorum.§.chartis.vbi ſi lega
tur bibliotheca librorum.ita ꝙ teſtator ſenſit de libris.non ce/

dit armarium.⁊ ille.§.eſt not.ad hoc.ſ.quando teſtator vti-
tur nomine:quod poteſt intelligi de loco:⁊ mercantia inſpi-
citur mens teſtatoris.⁊ hec dicta ſint de apotheca ⁊ ſimilib⁹:
que ſub ſe claudunt:⁊ denotant rerum vniuerſitatē.quid de
menſura: vt digi.ȝ.pone teſtator de peruſio digit.lego mi-
nam frumenti:an intelligatur de corpore vaſis:vel de frumē
to.dicit bar.ꝙ de frumento.ſecus ſi dixiſſet minam frumen-
tariam.ita nota.in.l.tytia ſeio.de le.ij.⁊ de ca.l.cum pater.§.
menſe.eo.titulo.

1 ¶ Relictum factum eccleſie cauſa ſepulture:ſi ibi non poſ-
ſit ſepeliri an ſortiat effectum.⁊quid ſi teſtator mutat propo
ſitum.nume.9.
2 Eccleſie non ligantur legibus nec etiaȝ perſone eccleſiaſtice.
3 Res vnius eccleſie non poteſt alius in teſtato legare.
4 Eſtimatio an debeatur illi qui non eſt capax rei legate.
5 Teſtator legauit mihi fundum:quem heres mihi tradidit:⁊
euictus eſt:an teneatur heres de euictione.
6 Teſtator ſi me preſente et conſentiente legauit tytio rem meā
an ego tenear ex teſtamento.
7 Heres an teneatur liberare a pignore rem legatam.
8 Teſtator ſi legauit rem propriam quādo poſtea alienauit an
extinguatur legatum.
10 Pater legauit filie.cc.pro ea maritanda:poſtea eam marita-
uit ⁊ dedit ei centuȝ tm̄ nomine dotis an filia poſſit petere re
ſiduum.

Filius. Non debetur legatum:cum teſta-
tor rem non ſuam ſed eccleſie lega
uit alteri eccleſie.hoc dicit.¶ Not.primo ꝙ filiuȝ
inquietabat epiſcopus:quod intelligo cuȝ immi
ſcuit ſe patris hereditati:alias ſine immiſtiōe nec legatarijs
nec creditoribus tenetur.quod dic:vt.l.ſi cum dotem.§.trāſ-
grediamur.ff.ſol.mat.⁊ agebat hic epiſcopus pro legato fa-
cto eccleſie ſue quod poteſt etiam ſi factum eſſet eccleſie ſibi
ſubiecte.vt.e.ſi.j.titu.j.¶ Secundo not.ꝙ hoc fuit relictum
1 gratia ſepulture ⁊quid ergo ſi ibi non poterat ſepeliri quia
erat excommunicatus:vel eccleſia interdicta.videtur ꝙ eccle
ſia deat habere nihilominus legatum.quia per eam nō ſtat.
2 ar.l.miles.§.reum.ff.de adul.⁊ ibi per dy.¶ Tertio colliget
ꝙ legibus non ligantur eccleſie:nec eccleſiaſtice perſone de
3 quo p hoſti.ȝ.de ſolu.c.ſi.¶ Quarto not.ꝙ res vnius eccle
ſie non poteſt alius in teſtato legare:nec tali titulo inualido
retineri.⁊ per hoc verbum teneantur dicunt quidamꝙ eccle
ſia legataria erat in poſſeſſione rerum legatarum nam occu-
pauerat ipſas vigore legati poſt mortē huius teſtatoris.ſed
tunc videretur cadere a iure ſuo etiam ſi teſtator rem ſuam
legaſſet:quam non poteſt legatarius occupare.ſed de manu
heredis recipere alias cadit a legato quandoꝙ.vt.l.non du
bium.C.de le.⁊.ff.⁊.C.quo.lega.per totum vel intellige hunc
tex.ꝙ non occupauit illas res epiſcopus:ſed heres ſibi com
mendauerat:vel ſoluit heres credens illas proprias.¶ Qui
to no.ꝙ improbo quis retinere contendit quod non poteſt li-
cite retinere.debet enim poſſeſſor malefidei ſe offerre vltro
Opponit i contrariuȝ ad reſtitutionem:cum rem cognouerit alienam.¶ Opponit
dicitur hic.ꝙ non valet legatum rei aliene factum eccleſie cō-
tra immo videtur valere ſcuit legat coniuncte perſone.vt.l.
cum alienam.C.de le.⁊ eccleſia ſatis poteſt dici coniuncta per
ſona:cum contemplatione anime videatur ſibi relictum.ſol.
ille tex.videtur corrigere ius ciuile in hoc.ꝙ non valeat lega
tum rei eccleſiaſtice non ipſi⁹ defuncti factū alteri eccleſie:⁊ in
tantum non valet:ꝙ etiam non debetur eſtimatio ad quam
licet heres regulariter teneatur cum res aliena legata dari
non poteſt:tamen iſto caſu non tenebitur:etiam ad eſtima-
tionem ſicut quando legatur res imperatoris.que non niſi cū
magna difficultate poſſet redimi.⁊ ideo vitiatur legatum.vt
l.apud iul.§.conſtat.ff.de le.j.⁊ ſicut non debetur eſtimatio ſi
legatur campus marti⁹:ex eo ꝙ eſt in vſu cōi.vt ibi. Ita nec
res eccleſie que in vſu communi eſt.xij.q.ij.videntes nec ſine
magna ſolennitate poſſet habere res eccleſie:cuius alienatio
non niſi in certis caſibus eſt permiſſa.x.q.ij.hoc ius.quod er
go dicitur i hoc tex.ſed quia lege dei ⁊c.l.res eccleſie nō ſunt
cenſende ſicut res ſeculi perſonarum:ex quibus concludit In-
no.ꝙ ſi teſtator rē vnius eccleſie priuato vel alteri eccleſie nec
ipſa nec eſtimatio debeatur propter difficile cōmerciū ⁊ com
munem vſum hoſti.tenet tenere legatum rei eccleſiaſtice:quo
ad heredē dum modo ſit res talis de qua poſſit haberi com
merciū.quo caſu pretiū ab herede petetur ſecūdū ſcū.iſte tex.

videtur velle contrariū.ſ.ꝙ nec etiā eſtimatio debeatur:ꝗ de
betur de iure ciuili.quod hic videtur corrigere ſed dicit ipſe
ꝙ de iure ciuili heres tenetur rē redimere quātūcūꝗ magno
pretio ⁊ intolerabili ſuo dāno quē rigorē ſi tale legatū fiat ec
cleſie moderari debet:⁊ hunc rigorē intendit hic papa mode
rari.quod non eſt verum.quia vltra.iuſtū pretiū nō tenet he
res de iure ciuili.vt.l.nō dubiū.§.ſi.ff.de le.iij.teneo ergo cuȝ
Inno.ꝙ non valeat legatum factū de re eccleſie alteri: quod
etiam tenet bar.in.l.apud iul.§.ſeio.ff.de le.j.vbi querit quid
de fundo dotali ⁊ re minoris ſi legetur an eſtimatio debeat.
¶ Venio ad queſtiones p quas latius declarabo predicta⁊
4 ⁊ primo quero ſi quis non eſt capax rei legate:an ſibi eſtima Ponit queſtiones.
tio debeatur.pone non poteſt laicus res eccleſie poſſidere:ꝓ
ſertim ſacras.xij.q.ij.non liceat pape.⁊.c.ſe.itē non poteſt iu
deus emere mancipia chriſtiana vt.c.j.ij.⁊.iij.j.de iudeis.an
ergo talibus debeatur eſtimatio dubitari poteſt.⁊ accur.ſic
diſtinguit aut nulli eſt commercium rei legate.quia ſacra:re
ligioſa:vel liber homo:vel eſt cum graui difficultate:vt res
principis:vel eccleſie.⁊ tunc non valet.vt.l.mortuo.§.ſi.de le.
ij.aut econuerſo quia heres habet commercium:non legata
rius:⁊ tunc aut propter delictum ſuum:vt in iudeo prohibi-
to mercari mancipium chriſtianum:⁊ non valet.vt dicto.§.la
beo.aut non propter delictum:ſed corporis viciuȝ:legatari⁹
non eſt capax.⁊ tunc aut teſtator ſcit ⁊ debetur eſtimatio.aut te
ſtator ignorat vitium:⁊ nihil debetur vt.l.fideicōmi.ff.ſi quis
ſeruo.de le.iij.ita diſtinguit glo.in dicto.§.ſeio Bar.dicit.ꝙ
aut non eſt cōmercium rei propter ipſius rei naturam : vt in
re ſacra ⁊ religioſa: non debetur eſtimatio.vt.l.inter ſtipu.§.
ſacram.de verbo.obli.aut non eſt commercium propter quā
dam qualitatem:quia eſt iniuncta edibus tunc eſtimatio de-
betur vt.l.cetera.§.duobus.de le.j.ſi vero eſt commerciuȝ in
communi tūc aut cuȝ magna difficultate.aut ſine.⁊ ſi ſine aut
eſt defectus ex parte heredis aut legatarij.aut teſtator ſciuit
aut ignorauit.vt ſupra diſtingu.⁊ predicta faciūt ſi ſtatuto va
cante:non poteſt forenſis querere immobilia in aliena ciui-
tate:vt peruſij.⁊ teruiſij ſi ſibi promittitur res immobilis:
vel legatur:vel econuerſo ipſe alteri an debeatur eſtimatio
5 not.bar.in.l.multum.de verbo.obli.¶ Secūdo quero.⁊te-
ſtator legauit mihi fundum:quem heres mihi tradidit:⁊ eui
ctus eſt:an teneatur heres de euictione.cyn.diſtinguit pſ.ſcan
dicta.l.cum alienam.C.de le.bar.ſingula membra proſequit
hoc modo.primum membrum quando teſtator legat reȝ in
genere:tunc debetur euictio magis ex qualitate relicti:ꝗ ti-
tulo ſiue ſpe.obligationis vt not.in.l.qui concubinam.§.he-
res.de.l.iij.⁊ hoc verum:quando legauit res in genere ſim-
pliciter.ſecus ſi legatur incertum de certis.vt lego vnum ex
ſeruis meis.quia tunc equiparatur legato ſpeciei.vt.lege.in
ratiōe.§. diligenter ⁊.§.ſequē.ad.legē.falcidiā.item predicta
vera quando legatur res generaliter hoc eſt vna res in deter
minata de genere.ſecus ſi legaretur aliquid vniuerſo:vt pe-
culium:vel hereditas:tunc ſi quis euinceretur eſſet damnum
legatarij.vt.l.j.C.de euic.¶ Secundum membrum eſt quan
do legatur certa ſpecies que eſt ipſius teſtatoris tunc dicit ac
cur.fruſtra queritur de euictio:vult dicere : quando teſtator
legat rem propriam:non poteſt euinci:niſi per iniuriam iu-
dicis:que iniuria non poteſt nocere heredi.vt.l.ſi per impru
dentiam.ff.de euic.quod dic:vt digi.ȝ.de emp.⁊ ven.c.ſin.et-
hoc verum:quando aliquis euinceret rem in totum iure dire
cti dominij:ſed ſi in totum rem non euinceret:tūc aduerte:aut
euincit ratione alicuius iuris quod habebat in re.⁊ heres nō
tenet quia teſtator non videtur legare:niſi ius quod habe-
bat vt.l.ſi domus.§.ſi.de le.j.ſed ſi illud ius per quod euinci
tur licet non ſit ius directi dominij:auferret rē legatario ꝗ
totum:vt hypothece.dic:vt.j.proxi.q. ¶ Tertium membrū
eſt quando legatur res aliena a ſciente:tunc glo.in dicta.l.ſi
domus.§.de euictio.dicit ſimpliciter:ꝙ tenetur heres de eui
ctio.quod intellige quando ſciuit eam alienam ſimpliciter:ſe
cus ſi reſpectu alicuius iuris.quia tūc videtur legare ius:qđ
habet.vt dicta.l.ſi domus.in ſi.¶ Quartum membruȝ eſt.qñ
legat rem alienam errans : vel ignorans:an ſit aliena.et hoc
caſu dicit accur.ꝙ ſi legat extraneo non debetur:ſi legat con
iuncte perſone debetur:niſi error precedentis cauſe nulle:vel
finite aliud induciat de errore cauſe finite pone exemplum in
l.quod in rerum.§.j.de le.j.⁊.l.ſticho.de vſuff.vel error cauſe
nulle eſt cum teſtator putabat rem ſuam eſſe ex cauſa emptio
nis facte a pupillo.que emptio eſt nulla:quo caſu non valet
legatum: etiam ſi fiat coniuncte perſone.quod nota.quia ex
hoc.l.cum alienam.C.de le.locū hȝ:quando teſtator putabat
rē ſimpliciter

rem ſimpliciter eſſe ſuam:non reſpectu alicuius cauſe:ſecus ſi putabat eſſe ſuam ex cauſa limitata:vt hic facit.l.ſeruum filij.in prin.⁊ quod ibi not.de le.j.adde membrum cum prelegatur vni ex heredibus.⁊ euincitur an euictio debeatur.dic vt.l.cum pater.§.euictio.de le.ij.Et predicta vera quãdo res in totum euincitur:vel ius aliquod minuit.quid econuerſo. nunquid ius ſuperueniens teſtatori in re legata proſit legatario.verbi gratia legaui tibi rem:quam habebaʒ in emphiteoſim:poſtea peruenit ad me plenum dominiuʒ:an debebit legatario.videtur ꝙ ius ſuperueniẽs teſtatori.non proſit legatario.vt.l.ſeruum filij.coniuncta glo.de le.j.et hoc verum. niſi ius ſuperueniens eſſet tale.ꝙ ius primum ad ſe traheret illud.vt.l.ſi mihi vſuſ.quẽad.ca. Sed contra predicta videt l.ſi ex toto in prin.de le.j.augmentum enim contingens in re legata.non ſolum circa ius.ſed circa ſubſtantiam rei prodeſt legatario.vt ibi patet dicit har.quandoqꝫ teſtator dixit fundum meum.vel alio modo expreſſit ſe legare ius.quod habebat.⁊ tunc ius ſuperueniens non auget legatum.vt.l.ſerui electio.§.fina.⁊ quod ibi not.de le.j.ſed ſi legauit fundum ſimpliciter.non adijciendo meum nec reſtringẽdo ſe ad ius. quod habebat tunc omne augmentum in iure:vel in ſubſtãtia rei.cederet legatario vt dicta.l.ſi ex toto.⁊.l.quod in rerũ §.ſi quid poſt.eo.titu.⁊ hoc verum.quando legatum tenuit ab initio.ſecus ſi ab initio nullo modo tenuit.quia tunc non confirmatur impediente regula cano.niſi ex cauſa.que retro trahitur vt dicta.l.ſeruum filij.in princi. Et predicta faciunt ſi teſtator habebat fundum communem:⁊ legauit eum ſimpliciter.an videat legare ſuam dimidiam tantum.vel totuʒ quidam diſtinguunt.vt dixit fundum meum aut ſimpliciter fundum ⁊c.tu dic indiſtincte.ꝙ non debetur.niſi dimidia.vt not.cy.in.l.cum aliene preſtatie.⁊ bart.in.l.ſerui electio.§.cum fundus.de le.j.imo plus.quia ſi partem ſocij redemiſſet.nõ veniret in legato.vt not.doc.in dicto.§.cum fundus.¶ Sed contra hoc op.quia ſi totus fuiſſet alienus.totus debetur. ſi ſciuiſſet.vt.inſti.de le.§.ſi res aliena.ſed cõſtat ꝙ ſciuit tũc alienam ex quo poſtea redemit.ſoln.glo.in dicto.§.dicit eſſe non debetur pars redempta.quando dixit ſeruũ.quia tunc videtur legare ius quod habet de pſenti.nam ſi legaſſet fundum totum.veniret etiam pars redempta.vt dicta.l.ſi ex toto.Sed certe ſi dixit lego totum talem fundum.videtur ꝙ etiam pars ſocij debeatur.vt no.bar.in dicto.§.cum fundus videtur ergo dicendum.ꝙ legato fundo ſimpliciter.non debeatur.niſi portio teſtatoris.non ſocij etiam ſi eam redimat niſi redemptio ſit neceſſaria pro adiudicatis.quia tunc debetur tota ſecundum modum.qui dicitur in.l.iuli.§.idem celſus.de act.emp.⁊ hec vera cum teſtator habet rem communem cum extraneo.ſi autem cum herede ſuo.tunc debetur tota.ſicut ſi eſſet ſua.vt.l.cũ fundus.§.dominus de leg.ij.quod eſt verum.niſi teſtator dixit fundum meum.quia tunc partem ſuam non heredis videtur legare in dubio ita dicit bar. in dicto.§.cum fundus ſed in.l.vnum ex fa.§.ſi reʒ.dicit ſimpliciter.totũ deberi dicto caſu.naʒ teſtator legat rẽ heredis. vt propriam.vt dicto.§.ſi rem.⁊ hoc no. Io.an.Et collige ex predictis.ꝙ ſi teſtator legat rem alienam licet quandoqꝫ heres teneatur redimere.⁊ preſtare tñ.ꝑ tñ illi cuius eſt.preiudicium generatur.vt rem illam tradere vel vendere teneatur nam quem non honoro onerare non poſſum vt.l.ſed ſi ſic de

6 le.iij.¶ ¶Quid ergo.ſi teſtator me preſente ⁊ conſentiente

a legauit tytio reʒ meã.videtur ꝙ ego tenear ex teſtamẽto.vt. l.gaius.de pig.ac.nam ibi ideo non tenetur quia ſubſcripſit vt teſtis.ſecus ergo ſi aliter conſenſiſſet.pro hoc.ff.de te.tu.l. ex ſententia.⁊.l.iuſt.§.j.de falc.⁊.l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.de contra ta.dicte tamen leges non multum faciunt. nam.l.gaius contra conſentienteʒ dat exceptio.ſed nos loquimur vtrum conſentienti detur actio.alie.le.non faciunt.quia teſtator grauabat illum quem de iure poterat.reſeruata tamen defenſione grauato.que tollitur per conſenſum.⁊ per illa etiam tollitur.l.ſic.§.vendi.qui.mo.pig.vel hypo.ſolui. que contra cõſentienteʒ tribuit excep.ſed quod contra eum detur actio.nulla videtur lex dicere immo ratio in contrariũ viget.quia q nõ honorat.nõ poteſt in teſtamẽto grauari.vt dicta.l.ſi ſic.⁊.l.ſi ab eo.C.de fideiu.item ab illo legatario cui iuſſus eſt dare.non video ꝙ aliqua actio poſſit conueniri.qꝛ cum eo nil eſt geſtum.licet ſit geſtum cum teſtatore.nõ eſt ergo materia ex qua oriatur actio.vel obli.vt.l.quoqꝫ.de acti. ⁊ obli.quid ergo erit dicit bar.ꝙ ſi conſentio teſtatori leganti rem meam.talis conſenſus mandatum inducit.vt.l.j.et.ij. ff.mãdati.cum alias teſtator precipue relicturus non fuiſſet niſi conſenſiſſet.ideo putat ipſe ꝙ heres teneatur ad legatũ.

a ¶ Ade pſẽte.preſentia qñ inducat cõſenſuʒ vide in.l.j.C.de nup. Et alex.in cõſi.xxxj.ij.vo.

vt.l.in duobus.§.j.de le.j.ſed habebit actionem mandati cõtra conſentientem.quam poterit cedere legatario.vt.l.quidam cum filium de here.inſti.ita nota.bart.in.l.cum quis in prin.de le.iij.¶ Tertio principaliter quero.dictum eſt an he

7 res rem alienam legatam cogatur redimere.⁊ preſtare ſed quero an rem legatam teneatur a pignore liberare pone teſtator legauit mihi rem alij obligataʒ.an heres teneatur luere.dic ꝙ quandoqꝫ teſtator legat rem ſuam obligatam:⁊ tũc heres cogitur luere in tribus caſibus not.in.l.ſi res de leg.j. quam.l.intelligat bar.cum res eſt obligata pro debito non hereditario puta pro amico ſuo.ſi autem pro debito hereditario.tunc heres tenetur redimere indiſtincte.vt.ff.de leg.j. apud iul.§.heres vbi tex.⁊ probat per rationem.nam etiam ſecundum iura digeſtorum non poteſt ad hypothecariã deueniri:niſi diſcuſſo princ.vt.l.ſi debitor.C.de pigno.ſm hoc auferatur res legata dolo.vel culpa heredis.ergo tenet heres vt.l.cum res.§.culpa.de le.j.⁊ ita not.in dicta.l.ſi res.quãdoqꝫ teſtator legat mihi rem meam obligatam.⁊ tunc aut eſt extraneus is qui legat.⁊ videtur grauare heredem.vt debitum ſoluat.vt.l.ſi tibi in prin.de le.j.quandoqꝫ legat mihi ipſe teſtator.qui habet rem obligatam:⁊ tunc ſufficit.ſi heres liberet pignus remanente actione perſonali vt.l.j.de li.lega. quod intelligo niſi res eſſet obligata.pro tanto.ꝙ eam vero ſimiliter dimittebant.tunc enim videtur relinquere quaſi reʒ propriam vt.l.qui habebat in princ.de le.iij.quandoqꝫ legat quis rem alienam obligatam.non legatarij:tunc ſine dubio heres tenetur luere qꝛ de euictio.tenetur.vt.l.ſi domus.§.de euictio.⁊ quod ibi not.de le.j.ita not.barto.in dicta.l.ſi tibi. ¶ Quarto quero dictum eſt.§.quando valeat vel non legatũ

gradu:ſicut ⁊ fratres.ff.de gradi.l.iur.§.ſecundo gradu:⁊ re-
fert.Cyn.in aucten. defuncto.audiuiſſe franc.ac.tenere iſtam
opinio.Io.⁊ mar.Sed hic quero ſi ſuperſunt aſcendentes diſ
pari numero:vt auus tantum paternus.⁊ auus ⁊ auia mater
na.Item duo fratres vtrinq̃ coniuncti:qualiter vocabuntur
ad hereditatẽ.dicunt quidam.quod auus paternus habebit
quartam

quartā partē:⁊ fratres in duas partes:⁊ auū ⁊ auiā cōiungūt
in aliā quartā.vt ſic de hereditate fiāt quatuor ptes.Alij dicūt
dūnc hereditatem in quinqꝫ ptes.vt ſic auus ⁊ auia in viriles
ſuccedant cū omnibus.⁊ habebant duas ptes ⁊ hoc beneficio
l.antique.ſi quis ad tertu.verſi.ſi vero matre. prima videt ve-
rior.Cyn.in.d.auctē.defuncto in additionibus ⁊ hoc de filijs
legitimis ⁊ naturalibus qui decedūt parentibus relictis.ſi au
tem ſint filij naturales tantū:dic ꝙ parētes eis ſuccedunt eo
dem modo.⁊ iure quo ipſi naturales parentibus ſuccedūt.vt
ſit ſic par eodēqꝫ ratio pietatis.vt.ff.de inoffic.teſtamen.l.nā
⁊ ſi parentibus.⁊ in auctē.qui.mo.natu.effi.ſui.§.in quibus.⁊
hoc ſm azo.Sed pla.dicit patrem inſolidū ſuccedere filio na-
turali etiā ſi filius ſit ſpurius.⁊ illud aliqua.l.nō probat de fi-
lijs tantum legitimis deſcendentibus:dic ꝙ arrogatio vel ar
rogator pater in eius poteſtate tranſiuit:qđ eſt ſi fuerit auus
paternus vel maternus.vt ſupra dictum eſt.⁊ talis viuo filio
habet vſumfructū in bonis filij vt inſti.de acqui.per arro.§.i.
Si vero ab inte.decedit talis filius:pater ſuccedit ei tanqꝫ fi-
lio legitimo ⁊ naturali.Si autē ſuit extraneus q in adoptio-
nē accepit:dic ꝙ in nullo ſuccedit ei:cū nō exiuerit de poteſta
te patris naturalis.vt.l.cū in adoptiuis.§.ſed ne.C.de adop
tio.de filijs autē ſpurijs dic.ꝙ ſicut ipſi nō ſuccedūt patribus
Ita nec patres eis.matres autem bene ſuccedūt eis eadē ra-
tione qua ipſi matribus:ſi tales filij decedūt ſine liberis:nam
ſi liberi extant:obſtant matri.C.ad tertu.l.i.§.liberi.⁊ vnde co
gna.l.iij.§.itaqꝫ.¶ De inceſtuoſis autē:nefarijs ⁊ adulteri-
6 nis ſiue damnatis dic ꝙ qua ratione nō ſuccedunt patres.†
de filijs autē legitimatis an parētes eis decedētibus ſuccedūt
dic idē in iſtis qđ in filijs legitimis ⁊ naturalibus defunctis:
exceptis legitimatis per oblationem curie.in quibus dic.ꝙ ſi
decedūt ſine liberis ſuccedūt parentes: reſeruata tamē quar
ta curie.in auctē.qui.mo.natu.effi.ſui.§.ergo ſciendū.⁊.C.qñ
7 ⁊ qui quar.pars.de leg.i.⁊.ii.in princi.li.xi. ¶ †Ex hoc igitur
ſecūdo principali mēbro ⁊ primo habes octo ſpecies filiorum
nam quidā ſunt naturales ⁊ legitimi.quidā legitimi tantum.
quidā naturales tantū.quidā ſpurij.quidā inceſtuoſi.quidam
nefarij.quidā adulterini.quidam legitimati.⁊ qualiter ipſi ſuc
cedant aſcēdentibus:vel aſcendentes eiſdē ſuperioribus duo
bus mēbris principalibus declaratū eſt. ¶ Quibus duobus
8 expeditis de tertio eſt videndū †.ſ.qualiter ſuccedant ſibi in-
a uicem tranſuerſales.[a] ad cuius euidentiam premittendū.qđ
tot ſunt ſpecies tranſuerſaliū:quot ſunt deſcendentiū:⁊ aſcē
dentiū.vt dixi quo premiſſo dic.ꝙ ſi defuncta perſona careat
liberis ⁊ aſcendētibus.aut ſunt fratres ex vtroqꝫ parente tm̄.
aut filij fratrū tantum.aut miſti filij fratrū ⁊ fratres defuncti
de cuius ſucceſſione tractat.primo caſu ſoli fratres ſuccedūt
ſecūdo ſoli filij fratrū ſuccedūt.ſed vtrū in capita an in ſtirpes
azo.ꝙ in capita vt in auctē.de here.que ab inteſt.dece.§.ſi au
tem defuncto.accur.dicit cōtrariū.ſ.ꝙ in ſtirpes vt eadē auc.
§.ſi vero neqꝫ fratres neqꝫ filios.et ibi caſus a cōtrario ſenſu
⁊ hoc tꝫ dyn.cū ſemper inueniātur filij fratrū ſuccedere in ius
patris ſui inſti.de here.que ab inte.dece.§.cū filius habeāt igi
tur vnā filij:ſicut ⁊ eorū pater habere debuiſſet.⁊ ita cōſuluit
barto.vt refert ipſe.ff.de gradi.l.poſt conſanguineos.qđ dicit
eſſe verū:quando filij duorꝫ fratrū veniūt ad ſucceſſionez pa-
truorꝫ:vel auunculorꝫ.alijs vero perſonis ſuccedunt in capita
vt inſti.de gradi.§.in ſequēti prout dicit in eo qui deceſſit re-
lictis filijs duorū patruorꝫ.ſic dixit de facto cōſuluiſſe aſiſij.p
qđ dicit etiā cy.ꝙ in ſucceſſione patruelis mei qui eſt mihi in
quarto gradu preferent mihi patrui ⁊ auūculi ſui qui ſunt in
tertio nō inſpecta perſona patris mei.qui cū eſſet ſimiliter in
tertio gradu:ſimul veniſſet ad ſucceſſionē defuncti cum illis
⁊ hoc iudicat aut.poſt fratres.⁊ alie que ſequuntur que tantū
de filijs fratrum loquunt.⁊ eſt expreſſum.C.cōmunia de ſuc.
auunculo.⁊ idem eſt quando tractat de ſucceſſione aſcēdentis
vt inferior licet diſtrinctiori gradu vocetur ex perſona ſui pa
tris cū proximiori gradu.C.de ſuis ⁊ leg.l.iij.aſs nō.vt dixi.⁊
hoc tꝫ cy.in auc.poſt fratres.C.de legi.here.in additionibus
lec.qđ not. ¶ Tertio caſu ſcꝫ cū extant fratres:⁊ filij fratrum
⁊ ſuccedunt defuncto in ſtirpem:nō in capita.puta deceſſit qs
relicto vno fratre et tribus filijs ex fratre premortuo ex vtro
qꝫ parente cōiuncto.tm̄ enim habebit frater ſolus quantum
omnes tres filij ex fratre premortuo:⁊ ſuccedūt iſti omnibus
alijs collateralibus excluſis ⁊ alijs etiam fratribus qui ſunt
coniuncti vno parente tantū.quandoqꝫ ſuperſunt fratres ex
vno latere tantuꝫ.⁊ iſtis poſt fratres vtrinqꝫ coniunctos ad-
mittent:⁊ eorū filij excluſis patruis auunculis amitis: ⁊ ma-
9 terteris.vt in aut.poſt fratres.C.de legiti.here. ¶ †Quid er-
go dices:ſi quis moriat relicto fratre ex parte patris tantum

• ¶ Trāſuer
ſales.Vide
in auctē.ceſ
ſante. et in
aut.poſt fra
tres .et ibi
bal.C.de le-
gi.heredi.

⁊ alio ex parte matris tantū qualiter ſuccedēt iſti ſuo fratri de
functo.dic qđ frater ex parte patris in bonis paternis ſucce-
det.⁊ frater ex parte matris in bonis maternis. vt.C.de legi.
here.l.de emancipatis in fine.In alijs autē bonis aliunde que
ſitis ſuccedunt equaliter.nam quantū ad illa bona ſublata eſt
differentia agnationis ⁊ cognationis. Si autem iſte qui ha-
bet fratrem vterinū ⁊ cōſanguineū hꝫ alium fratrem coniun-
ctum ex vtroqꝫ parente:iſte ſuccederet in omnibus bonis pa
ternis:maternis:⁊ aliunde queſitis.nam cum habeat duplex
vinculum paternū ⁊ maternū:merito alijs prefertur:qui non
habent niſi vnū tantū in auc.de cōſan.⁊ vte.fra.colla.vi. circa
mediū.⁊ hec de fratribus legitimis ⁊ naturalibus locū habēt
de naturalibus autē collateralibus nō legitimatis: dic ꝙ in-
ter ſe ſi ſunt frates ex eadē matre tantū:ſuccedūt quandoqꝫ ſic
eſt in ſpurijs.ff.vnde cogna.l.ij. Idē dicam et multo fortius
in naturalibus tm̄:nō tū dico ꝙ vnus qui fuit filius naturalis
tantū fratri ſuo legitimo ⁊ naturali vel alijs agnatis : vel co-
gnatis patris ſuccedat:vel etiaꝫ fratri ex alia matre.qđ ſatis
colligit ex.§.filiū vero in auctē.qui.mo.natu.effi.ſui.nam ſi le
gitimatus p oblationē curie nō ſit legitimus ſucceſſor agna-
tis ⁊ cognatis patris multofortius nō efficitur ille qui nullo
modo eſt legitimatus:ſꝫ ſemp naturalis remanſit.inſti.de ſer
uil. cognat.§.ff.⁊ dicto.§.filium vero.de collateralibus vero
legitimis dic:vt de primis fratribus dixi.ſ.quando fuit aliqs
arrogatus vel adoptatus ab auo paterno vel materno: ⁊ tūc
legitima iura conſequitur.Si autem extraneo datus quis ſit
in adoptionē.tunc licet retinet iura legitimi quantū ad patrē
naturalēꝫ:tū ſoli matri adoptiue poterit abinteſtato ſuccede
re nō filijs eius agnatis vel cognatis nec ipſi ei.vt.C.de ado-
ptio.l.cū adoptiuis.de ſpurijs autē dicas ꝙ duo fratres ſpu-
rij ex eadem matre inter ſe inuicem ab inteſtato ſuccedunt.ff.
vnde cogna.l.ij.⁊.l.ſi ſpurius.⁊ inſti. de libe.agna.ſuc.§.vul-
go.Sed pone ꝙ duo ſunt fratres ſpurij ex diuerſis matribus
nūquid inter ſe ſuccedunt :pone exemplū in ſacerdote vel mo
nacho qui ex diuerſis mulieribus habet filios.vel pone quidē
de vna concubina habet vnū de alia hꝫ alium filium:nunquid
iſti inuicem ſibi ſuccedūt abinteſtato.⁊ an ſuccedunt agnatis
patris vel cognatis matris videt qđ ſic. ꝙ fratres ſunt alijs
proximiores.ideo admittuntur in auc.de here.ab inceſta.§.re
liquum.nec ob.ꝙ ſint ex pte patris tantū:ꝙ ſola naturalis cā
inſpicit.Itē delictum patris qui ad aliam mulierem acceſſit
non debet nocere filio.ff.de decu.l.i.§.nullum.ecōtra videtur
ꝙ nō.non eni vt cognati:ꝙ cognatio ſit per matrē.inſtitu.de
legi.agnato.in princ.nō tāqꝫ agnati cū nulla ſit inter ſpurios
agnatio:ſiue ius agnationis .inſti.de nupt.§.ſi aduerſus ⁊ de
legi.agno.ſuc.§.cum igitur.cum ergo iure agnationis vel co
gnationis venire nō valeant merito a ſucceſſione vnius alte-
rius repelluntur:cum alia iura ſucceſſiōis nō reperiant in iu-
re.⁊ hoc vltimum tꝫ Dyn.in tractatu quem feciſſe dicitur.de
ſucce.ab inteſta.de inceſtuoſis nefarijs damnatis ⁊ alijs fra-
tribus dic ꝙ agnatis nullo modo ſuccedunt:vt in aut.quibus
mod.natu.effi.ſui.in fine ex teſtamēto tamen coniunctis ex p
te patris poſſunt ſuccedere:⁊ etiaꝫ fratribus ex pupillari ſub
ſtitutione.quod dic:vt.l.ſi is qui.ff.de vulga.⁊ pupilla. ¶ Ex
predictis igitur ſic diffuſe ⁊ vtiliter pſequutis redige in ſum-
mam.ꝙ in ſucceſſione ab inteſtato prima cauſa eſt liberorꝫ.ſe-
cūda aſcendentium cū quibuſdā collateralibus ſi extant.ter-
tia tranſuerſaliū.pric dūe in infinitū:iſta tertia vſqꝫ ad quar-
tum gradū procedit.ſiue ſint agnati:ſiue cognati.inſti.de legi
ti.agno.ſuc.in fi. Iſtis autē deficientibus ſi extat vxor defuncti
ipſa ſuccedit:poſt ipſam ſuccedit fiſcus.C. vnde vir.⁊ vxor.l.i.
exceptis tamen quibuſdā caſibus:quibus alij preferunt fiſco
puta:decedit miles nauicularius cohartalis:fabricenſis.C.de
here.naui.per totū. Iteꝫ ſocius liberalitatis imperialis. C.ſi
ſo.li.imper.ſine here.l.i.lib.predicta perſtringi ex diſtinctio-
ne Cyn.quam ponit.C.cōia de ſuc.in fi.⁊ dy.cui appropriatur
quidā tractatus huius materie quē cy.dicit fuiſſe alterius.nō
ſunt hic alia.

1 ¶ Clerici de bonis ſuis dū viuūt poſſunt teſtari:donare:et
alio quocūqꝫ modo relinquere.
2 Eccleſia ſuccedit clerico q in vita ſua de reb⁹ ſuis nihil poſuit
3 Bona clerici ſine cōſanguineis decedētis querunt eccleſie cui
ſeruiuit tēpore mortis.
4 Profeſſus ordinem fratruꝫ minorum ſi fuerit ingreſſus mo-
naſterium ordinis diui benedicti an efficiatur capax ad ſuc-
cedendum.
5. Baſtardus faciens ſe legitimari poſt mortē patris an auferat
bona agnatis ſeu fratribus defuncti.

SEd hoc. Clericus propria bona do-
nare poteſt cui vult. ſed ſi
deceſſerit inteſtatus ſuccedit eccleſia. ſecun-
da ibi: ſi aūt. ¶ Not. primo ꝙ clerici quan-
doqꝫ ꝗrunt nō intuitu eccleſie: ſed perſone.
qđ preſumit: ſi nō hꝫ adminiſtrationem. vel
habet. ſed ſibi relinquit a propinquo. vt ſic
in dubio nō preſumamus ſm accidens: ſed amorem nature.
1 quod dic. vt. ſ. titu. j. requiſiſti. ¶ Secundo not. ꝗ ꝙ de bonis
ſuis clerici dum vigerint poſſunt teſtari: donare ⁊ alio quocū
qꝫ modo relinquere quibus volūt. nō ita de bonis eccleſie: ni-
ſi ſm moderationē: de qua in. c. relatū. ſ. titu. j. cū ſimi. ⁊ quod
2 not. in. c. preſenti. de offi. ordi. lib. vj. ¶ Tertio not. ꝗ ꝙ cleri-
co qui de reb⁹ ſuis nihil in vita diſpoſuit: ſuccedit altare. i. ec-
cleſia. j. q. iij. altare. vel proprie ſm hoſti. ⁊ loquitur ſm cōſue-
tudinem gallie: vbi multi ſunt preſbyteri quibus tantum al-
taria cōferuntur: que nos capellanias vocamus. ⁊ intellige ꝙ
ſuccedat tali clerico inteſtato eccleſia: qñ nō habet conſangui-
neos. ſm glo. Inno. ⁊ hoſti. ⁊. xij. q. vlti. c. fin. vbi de hoc. iſtud
ergo. c. vel fuit locale vel hodie non tenet ſm ala. ¶ Quarto
3 not. in verſi. ſi autem. ꝗ ꝙ bona clerici ſine cōſanguineis dece-
dentis querunt eccleſie: cui ſeruit tēpore mortis ſue. hinc ſum
4 pta occaſione ꝗ queritur de queſtione diſputata p dominum
Fede. de ſenis. que talis eſt. poſt profeſſionem filij in ordine mi
norū eius mater deceſſit: an dictam hereditatem aditā per ali
quem iſte filius eius profeſſus ingreſſus eſt monaſterium or-
dinis beati benedicti. qui vult adire dictā hereditatem. Alij p
ximiores huic domine que deceſſit ſe opponunt: ⁊ dicunt. qđ
cū ad eos fuerit illa hereditas delata. capacitas ſuperueniēs
in perſonam filij nō debet eis adimere ius queſitum. queritur
quid iuris. ⁊ ad euidentiaꝫ premittendum. ꝙ ſecundū veram
opi. hereditas que eſſet talibus fratribus deferenda ſi forent
incapaces defert proximioribus: ſicut cum filius eſt deporta-
tus. nepos ſuccedet auo tanꝗ ꝑximior. vt. l. j. ff. de contra ta-
bu. de hoc no. ſ. de proba. c. in preſentia. ⁊ primo arguit ꝙ iſte
filius admittat. ꝗ quo ad habilitatem ⁊ capacitatem inſpicit
tempus: quo aditur hereditas. vt. ff. de acqui. heredi. l. ſeruus
eius qui capere. Item iſte excluſus ex vno capite quia frater
minor: admitti debet alio. ꝗ monachus. vt. l. j. §. ſed videndū
ff. de ſuc. edic. ⁊ maxime re integra ⁊ hereditate per alium nō
apprehenſa. arg. eius quod legitur ⁊ not. de procura. licet lib.
vj. ⁊. c. ſi tibi abſenti. de preben. lib. vj. Item ꝗ redit res ad eū
ſtatum: a quo efficax potuiſſet habere principium. de conuer.
cōiu. placet. cū ſi. facit etiā ad hoc: qđ no. de reſuſcitato. xxxij.
q. vij. licite. ⁊ qđ not. in ſpecu. de ſtatu mona. ver. xiiij. vbi tra-
ctat de eo q egredit religionē authoritate pape: an recuperet
patriam poteſtatem. ad hoc facit. l. antiſtius. §. ſi ſeruus. ⁊. l.
ſi ſeruus eius qui capere. ff. de acqui. here. In contrarium ar-
guitur. ꝗ tēpore mortis matris iſtius ius adeundi erat con-
ſanguineis queſitū ergo capacitas iſtius filij ſuperueniens:
nō itꝫ ius queſitum alijs auferre. vt. c. ꝗuis. de reſcrip. lib. vj.
habilitas enim ſola tēpore aditionis nō videt ſufficere: ſꝫ re-
quiritur tēpore mortis: ⁊ qñqꝫ tempore teſtamēti. vt. l. ſi alie-
nū. §. in extraneis. de here. inſti. ad hoc. l. j. §. qui filiū. de cōtra
tab. vbi filio deportato admittit filius gradu proximus. ⁊ licꝫ
filius reſtituat: tamen geſta p filiū non reddunt irrita facit. ff.
de bo. lib. l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. ⁊. C. de ſen. pa. l. ſi. preter
ea quotiens in aliquo actu legitimitas rei vel perſone requi-
ritur certo tēpore limitata: ſi eo tēpore deficit: dicimus actum
nō valere: etiam ſi ex poſtfacto ſuperueniat habilitas rei. pu
ta ſtipulor reꝫ ſacrā: vel liberū hominē. licet res illa efficiatur
profana: vel liber homo ſeruus: nō cōualeſcit ſtipulatio. vt. l.
inter ſtipu. §. ſacram. de verbo. obliga. Idem in legato: vt vti
le a principio non conualeſcat: licet habilitas ſuperuenerit. vt
l. cetera. ⁊. l. ſenatus. de lega. j. Idem in inſtitutione heredis.
l. penul. de regu. ⁊ not. in. l. iij. ff. de regu. cato. Concludamus
ergo. ꝙ ſi altero ex tribus tēporibus. ſcilicet teſtamenti: mor
tis: ⁊ aditionis. ille qui poteſt acquirere deprehendat nō ca-
pax acquiſitio vitiatur. vt. l. ſi alienū. §. in extraneis. ff. de he-
re. inſti. ibi enim iſta tria tempora ponunt copulatiue: ergo re
quiritur concurſus ad veritatem actus. vt. c. ij. ſ. de reſcrip. et
l. ſi heredi plures. de condi. inſti. preterea in humilitate ſucceſ
ſionis ab inteſtato videtur inſpici tempus mortis. vt. l. ſi quis
exheredē. in ſi. prin. ff. de iniuſt. teſt. ⁊ de ſuis ⁊ legiti. l. j. §. ſci-
endū. ⁊. l. ſtatius. preterea quando actus redditur inutilis ſim
pliciter: niſi interueniat noua volūtas cōfirmās tacita. vel ex-
preſſa: nō valet vt not. in. l. j. §. ſi. ff. de leg. iij. ⁊ p dyn. in regula
non firmatur. immo ſi ſuperueniat noua voluntas non valet:
niſi ex tempore quo confirmatur. vt. l. obſeruandum. §. fina. ff.
de offi. procon. Sed in caſu noſtro non potuit ſibi deferri tē-
a pore mortis: quia pro mortuo habebat:ᵃ ⁊ pro nullo. vt. l. ſunt
quidē. de peni. ⁊. l. iij. de bo. pro. ⁊ confirmatur hec tacita volū
tate defuncti quam habēt venientes ab inteſtamēto. vt. l. con
ſiciuntur. de iure co. ſed tēpore mortis ad filium profeſſus inha
bilem non videtur mater reſpexiſſe: ſꝫ ad alios ſuam heredi-
tatem voluiſſe tacite puenire: nec in tali fratre minore ſic tran
ſlato habet locum fictio: vt ſic videatur retro fuiſſe habilis. ꝗ
ſtatus eius non petebat. ſed certus erat. arg. dicte. l. ſi neceſſe.
§. ſi deportatus. ⁊ de hoc videtur caſus in. l. j. §. fina. ff. ſi quis
ali. te. irri. probe. ⁊ in iſtā partem declinat. d. Fede. de ſen. quan
do. ſ. tempore mortis matris erat frater minor ⁊ hereditate ia
cente factus eſt monachus quid ergo ſi exiſtenti in ſeculo dela
ta eſt hereditas matris: quia ea non adita efficitur frater mi-
nor: ⁊ poſtea monachus adhuc dicta hereditate iacente: quaꝫ
ſoror vel proximior matris ſibi vendicare contendit: monaſte
rium contradicit. quid iuris. hic enim duobus tēporibus fili⁹
fuit capax. ſ. mortis: ⁊ aditionis ergo media tempora ſibi non
nocent: poſtꝗ tempore mortis fuit capax. vt dicta. l. ſi alien. et
quod ibi not. In contrarium facit: quia ſicut per illum ingreſ
ſum perdidit dominium rerum ſuarū p tacitā renuntiationē
ita ⁊ iuri querendo illius hereditatis delate. nā ſi p ingreſſum
perditur ius in re: quod eſt fortius: multo fortius ius ad rem
quod eſt debilius. arg. de preben. c. fin. ⁊. pe. li. vj. ⁊. l. ſemproni
us. de vſufru. le. ⁊ ſicut illa non recuperat per egreſſum ⁊ trāſi
tum ad religionem capacē: poſtꝗ ſunt alijs acquiſita. Ita nec
recuperat ius adeundi. facit optime quod not. in. l. gallus. §. ⁊
quid ſi tantum. ff. de li. ⁊ po. per glo. ⁊ doctores. illam queſtio-
nem non habeo dare ſolutam p. d. Fede. qui remittit ad not.
per Lapie. de vſur. ꝗꝗ. libro. vj. ⁊ eſt inter conſilia iſta queſtio.
5 xxvj. Ad idē quero de ſimili ꝗſtione ꝗ mortuus eſt tytius ab
inteſtato relictis fratribus ⁊ ſpurio vel baſtardo: qui fecit ſe
legitimari: an auferat bona dictis agnatis ſine fratribus de
functi: qui iam apprehenderant hereditatem. aut ſi non ap-
prehēderant: an auferat eis ius adeundi gloſſ. in dicta. l. gal-
lus videtur determinare quod non dicit doctor meus ibi Dy.
conſuluiſſe: quod filius legitimatus repellebat agnatos: etiaꝫ
ſi iam apprehenderant hereditatem ⁊ eſt in conſilijs Dyn. xxi.
⁊ mouetur tribus rationibus. prima quia legitimatio natalium
maculam funditus tollit: ⁊ equiparatur legitime natiuitati in
auct. qui. mo. na. effi. leg. §. ij. Nam ſicut exiſtens legitimus a
principio excluderet agnatos: ita poſtea legitimat⁹ tanꝗ poſt
humus. alia ratio eſt: ꝗ non redigitur ad nouum ſtatum: ſꝫ re
ponitur in eum: qui ab origine nature habuiſſe videtur. vñ re-
tro effectum ſuum porrigere. ar. l. filio. de li. ⁊ po. non ob. glo.
in. §. quid ſi tm̄. quia loquitur in reſtitutione: que reducit reſti
tutum in nouum ſtatuꝫ: nos vero loquimur in legitimatione
que remouet obſtaculum: ⁊ reducit legitimatū ad ius nature
⁊ eſt ſimilis ſubtilitas. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. manumiſſa. naꝫ ſicut
poſthumus qui naſcitur poſt mortē recuperat bona: vt. l. ſi qs
poſthumos de li. ⁊ poſth. ſic ⁊ iſte legitimatus: quaſi reuerſus
ab hoſtib⁹. vt. l. ſi quis exheredato. §. ſi patri. ff. de inin. te. qđ
dicimus. dicit Barto. ꝙ quandoqꝫ iſte legitimatur viuēte pa
tre: vl' pater ordinauit d ſua legitimatiōe. poſt mortē ſicda tūc
ſine dubio repellit venientes ab inteſtato legitimatione ſequu
ta. quandoqꝫ legitimatur poſt mortem patris: tunc an heredi
tatem queſitam re: vel ſpe auferat agnatis Dy. quod ſic. vt vi
diſtis Barto. contra qui pro ſolutione queſtionis ꝑmittit: an
agnati ſint vocandi cum ſpurius petit legitimari. vt auferat
agnatis hereditatem. ⁊ ſi quidem patre viuo vel diſponēte in
teſtamento poſtea legitimatus ſit: eorum citatio non requiri-
tur. quia poteſt eos iſto modo. ⁊ alio quocunqꝫ excludere. vt
l. j. §. fina. ff. de le. iij. ⁊ in auct. ſi quis. C. de na. li. quandoqꝫ pa-
ter nihil. de hoc in vita. vel teſtamento diſpoſuit: ⁊ tunc in ꝑ-
iudicium eorum quibus ius iam queſitū eſt legitimari nō po
teſt: niſi requiſitio illis qui ex hoc leduntur. plus dico. quod ip
ſis conſentiētibus hꝫ facere. vt. l. pe. de na. re. dominus Griffo
queꝫ refert. d. Fed. de ſeñ. conſilio. lv. tenet quod in priuilegio
legitimationis non ſit neceſſario facienda mētio illorum. qui
ſucceſſuri erunt legitimatione non facta: quorum excluſioneꝫ
⁊ priuationem legitimatio ſemper infert: ⁊ poteſt fieri ſiue pa
ter habeat legitimos: ſiue non. in auct. de inceſ. nup. §. ſi. quod
credo verum patre viuēte: vt dixi eo autem defuncto. ⁊ ſic iu-
re adeundi agnatis queſito ſine eorum citatione: nō credo eis
legitimationē nocere. vt dicit Bartolus eſſet eñ abſurdum. ꝙ
comites palatini (qui faciunt iſtas legitimationes) poſſint au
ferre ius vnius: et dare alteri. vt in regula iuris. id quod no-
ſtrum. ⁊ ita refert Pe. an recuperent bona in alios iam trāſla-
6 ta pone exemplum. ꝗ cauetur ſtatuto. quod bona homicide
publicentur

a ¶ Pro mortuo habebatur ꝑfeſſio dicit mors ciuilis. l. deo nobis. C. de epiſ. ⁊ cleri. bart. in. l. j. ver. ꝗro dicit hic. ff. de teſta.

publicētur pro dimidia: ⁊ alia dimidia applicetur heredibus
interfecti. q2 ſi homicida reſtituat: videatur reſtitutus ad illa
bona heredibus interfecti iam queſita. refert determinatum
fuiſſe bononie per legatum: q̄ no. ad hoc. ff. de excep. doli. l. i.
in fi. ⁊ l. quotiēs de poſſi. ⁊ qḋ not. in. l. fi. C. ſi cōtra ius vel vti.
pu. ⁊ adde quod de predicta materia not. Jo. an. in regula ſi-
ne culpa. in mercuriali.

1 ☞ Gradus ſacerdotij eſt dignitas. Et liberat ſeruū a pote-
ſtate dominica. nu. 3.
2 Seruus q̄ poſſit habere ſubſtantiam qn̄o intelligatur.
4 Patronus an poſſit retinere operas ſpirituales in liberto re
miſſiue.
5 Portio deficiens accreſcit eccleſie: non epiſcopo vel paupe-
ribus.

Sancto. Si presbyter inteſtatus decedit
in pecunia eius fiūt quatuor por
tiones. prior exceſſus relatio: eiuſdē prohibitio
peculij dimiſſio pene inflictio. ſecūda ibi: interdi-
cimus. tertia ibi: peculium. quarta ibi et ſi quis.
¶ Nota primo. q̄ iſti laici occupabant bona clericorum vt p
pria: moti forte. q2 ſacerdos eſt perſona publica cuius offen-
ſam tenentur ſinguli vindicare. vt. l. i. ff. de iuſti. ⁊ iure. ſicut er-
go ipſe omnibus p3: ita etiā videbatur q̄ bona eius: q2 bona
ſequuntur cōditionē3 perſone. vt. l. placet de acqui. here. ⁊ l. ſi
adoptauero. ff. de pecu. contrariū eſt verū vt hic p3 nam rō
1 eſt. q2 ſacerdotij gradus eſt dignitas. iiij. diſt. denicq. digni-
tas vero debet eſſe pficua: non damnoſa. nec mutare priſtinē3
cōditionē: ſed addere ⁊ maculam remouere facit. l. ſenatores.
ff. de ſena. ¶ Secundo not. qḋ dicit de pprijs ſeruis muniti
2 eſt q̄ ſeruus poteſt habere ſubſtantiā: ſed intellige qḋ h3 de
facto titulū iuris. facit. l. quibus dieb9. §. dominus. ff. de cōdi.
⁊ demō. ⁊ qḋ not. in. l. ij. ff. de ori. iuris. vel expone ſeruis. i. li-
bertis. de quorū ſubſtantia patroni percipiunt partem: ſm qḋ
3 diſtinguitur inſti. de ſuc. li. §. ſ3 noſtra. ¶ Tertio not. q̄ gra
dus ſacerdotij liberat ſeruū a poteſtate dominica. nec aliter
ordinari d3: niſi liberet. ē. de ſeruis nō ordi. per totū. ¶ Quar
to no. q̄ nihil preter diuinum officiū debet ille: quē dominus
4 ordinari fecit: ex quo tex. glo. penul. colligit argu. q̄ patro-
nus poteſt retinere operas ſpirituales in liberto. de quo dic
vt no. ē. de ſeru. non or. nullus. ¶ Quinto not. diuiſionē ſub
ſtantie clericoꝝ in quatuor ptes. qḋ intellige in bonis queſi-
tis intuitu perſone: nō eccleſie. iſti autem liberati a ſeruitute p
pter ſacerdotiū: an poſſint facere teſtamentū. dic per hoſt. ē.
de obli. ad ra. c. vno. xxi. q. iij. per totū. ¶ Sexto no. q̄ alia eſt
portio que debetur epiſcopo. alia que debet eccleſie ſue. por-
tio igitur epiſcopi eſt precipua. ad hoc de ma. ⁊ obe. c. i. ⁊ ē. ti.
i. c. requiſiſti. ¶ Septimo not. in ver. ⁊ ſi nō ſint quid iuris cū
5 hereditas defertur pluribus quorum vnus non eſt capax. nā
talis portio deficiēs accreſcit eccleſie. ⁊ ſic non epō: vel paupe
ribus. qḋ videt mirum q2 portio p nō ſcripta: caduca: vel qua
ſi debet accreſcere omnibus coheredibus proportionibus he
reditarijs. vt. l. i. C. de cadu. tol. ſed illud verū: qn̄ illi veniunt
eodē iure: ſed iſti veniūt iure diuerſo. argu. l. ſi mulieri. ff. de cō
di. ⁊ demō. ſed certe in hereditate eodē vel diuerſo iure nomi-
nant: habet locū ius accreſcendi. vt. l. ſed cū patrono. ff. de bo.
poſ. vel dic. q̄ tex. ille loquitur cū conſanguinei qui debēt ſuc-
cedere primo gradu: ſunt indigni: ita q̄ debet auferri eis he-
reditas clerici: vt ab indignis tūc potius debet eccleſie rema-
nere: q̄ fiſco applicari. ⁊ hoc ſit ſpeciale in ſucceſſione clerico-
rum. ſecus in ſucceſſione laicorum. argu. huius verſic. ⁊ ſi non
ſint. qḋ dictū eſt forte verū ⁊ nouum elicitū hic a me. ¶ Opp.
q̄ nō ſit ita diuidenda hereditas clerici inteſtati: ſed ſit cōſan-
guineis deferenda: ſi extant. xij. q. i. ſint manifeſte. Solu. dicit
glo. i. hodie nō haberet locū iſta diuiſio. ſed cōſanguinei huic
ſuccedūt: ſi extant als eccleſia. xij. q. vlt. c. fi. poſſet attentari q̄
hodie in ſucceſſione presbyteri ratiōe presbyteri liberati a ſer
uite habeat locū illa diuiſio. vt ſic conſanguinei repellantur a
toto: ⁊ admittantur ad partem.

Opponit in contrariū.

1 ☞ Cōfeſſio nō pōt interpretari per heredē confitentis.
2 Bona futura nō veniūt i oblatiōe facta ſimpliciter ſe ⁊ ſua ⁊c.
3 Verba emiſſa in extremis ⁊ de preterito faciunt fidē3 contra
heredem confitentis.
4 Cōfeſſio emiſſa tēpore quo quis eſt freneticus eſt nulla.
5 Dicēs aliquē nō ſane mentis debet probare.
6 Duo poſſunt inuicem litigare: ⁊ eandem hereditatē vnus ab
alio vendicare.
7 Verbū emiſſa de preterito habēt vim ⁊ effectum donationis
8 Verba enūtiatiua emiſſa propter aliud inducūt diſpoſitionē3
9 Juramēti virtus multiplex.
10 Verba enūtiatiua in iudicijs an inducant diſpoſitionem.
11 Negatiua quando habet implicitā affirmationem negans de-
bet illā probare.
12 Viſus verbum refertur quandoq3 ad oculum intellectus: nō
corporis.
13 Abbas probās q̄ archipresbyter q cōfeſſus fuit ſe nō poſſe te
ſtari: q2 obtulit monaſterio ſe ⁊ ſua: an capiet bona ex vltima
volūtate: an vero vt oblate.
14 Teſtator cōfitetur ſe habuiſſe de bonis cōis tn̄ poſtea cōua
leſcit: an poſſit ad illud cōueniri.

Cum dilectus. Rector eccleſie di-
citur inteſtatus: ſi
nullū fecit teſtamentū: vel facit: ſed furioſus. ita
h ſuccedit eccleſia. ſecus ſi apparet illū monachū
vel ſana mēte teſtatū: ⁊ ſunt quatuor partes. In
prima factum deciſum. In ſecunda motiuum pape ad ſenten
tiā. In tertia allegatio epi differentis. In quarta diffinictiis
cōmiſſio. ſecunda ibi: ſufficienter. tertia ibi. q2 vero quarta ibi
nos cauſam. ¶ Confeſſio non poteſt interpretari per here-
1 dē cōfitentis. Inno. nec libellus: exceptio: vel poſitio. vt not.
ff. de rei vendic. l. idē pomponius ſcribit ſi frumentum. §. vlti.
per azo. ⁊ vide in ſumma pandec. titu. de re. du. qḋ not. Si per
vnum teſtē pbat factū: ⁊ per aliū teſtē pbatur cōfeſſio teſtes
ſunt ſingulares tamē vehemēs indiciū faciūt. pletas dicit duo
bus modis. dic. vt. ē. titu. i. c. cū tibi. ¶ Not. primo. q̄ cū verte
batur hic inter epm̄ ⁊ abbatē. ⁊ ſic inter ſubditū ⁊ prelatū nec
debet tunc eps cognoſcere: ſed ſunt arbitri eligendi. vel habet
recurſus ad papā qḋ dic: vt. ē. de fo. compe. ſi quis. ¶ Secun
do not. q̄ abbas deduxit qn̄o archipresbyter obtulit ſe ⁊ ſua
⁊ iſte talis cenſet de cōfratribus de quibus. i. de priui. c. vt pri
2 uilegia. ⁊ c. cū ⁊ plantare. In hac aūt oblatione ſic facta ſim
pliciter ſe ⁊ ſua ⁊c. nō veniūt bona futura. vt not. xxvij. q. i. nu
ptiarum. per. l. ſi. C. que res pigno. ob. po. facit. l. ſi tibi māda
uero. §. ſi is cuius bona. ff. manda. ⁊ vide qḋ not. archi. e. c. et
q. vt lex cōtinētie. ¶ Tertio not. q̄ vnus teſtis pbauit obla-
tionē perſone: ⁊ bonorum alij confeſſionē eiuſdē ſuper predi-
ctis. aliud eſt ergo probare cōtractū: aliud cōfeſſionē contra-
ctus: ⁊ deducere in iudicio cōtractū celebratū. ⁊ probare ipm
per partis cōfeſſionē videt ſufficere. vt hic aliud dicit ſpec. in
mutuo ſi ago q2 mutuaui: ⁊ ad hoc probandū produco teſtes
qui deponūt de cōfeſſione aduerſarij ſuper mutuo. dicit q̄ nō
ſufficit inſti. de teſte. §. i. ſed ibi confeſſio inducit aliud mutuū
q̄ deductū ſit: vt patet in. l. ij. ff. ſi cer. peta. ¶ Quarto not. in
3 in ver. vnde cū requiſitus ⁊c. q̄ verba emiſſa in extremis: et
de preterito faciunt fidē contra heredē taliter confitentē3: in
fauorē illius pro quo aliquis eſt confeſſus. qḋ intelligo verū
quando illo tali preſente: ſecus ſi abſente. vt not. ē. de probat.
c. ſi cautio. ⁊ hoc ibi in abbatis preſentia ⁊c. ¶ Quinto not. in
4 verſi. q2 vero. q̄ confeſſio omiſſa tēpore quo quis eſt freneti
cus: eſt nulla. ⁊ qualiter probetur freneſis dementia vel furor
dic qḋ ex verbis ⁊ factis vt. l. quidam. de condi. inſti. ⁊ l. i. §. pe
nul. ⁊ ſi. ff. de edili. edic. ⁊ l. ſi cum dotem. §. ſi aūt in ſeniſſimo.
ff. ſolu. matri. vbi de probatione furoris. xciij. diſtin. legimus
⁊ Jo. ā. c. de hoc in ſpecu. de probatio. §. i. ver. pone quidam.
5 ¶ Sexto not. q̄ ille qui dicit aliquē nō ſane mentis. d3 hoc
probare. ⁊ ſic negatiuā pponens: debet eā pbare qḋ qualiter
intelligatur dicā. i. ¶ Septimo not. in ver. nos cūm: q̄ partē
bonorum archipresbyteri poſſidebat abbas: ⁊ partē eps. ſuc-
cumbenti ergo ſilentiū3 imponitur in eo: qḋ petit in eo quod
6 poſſidet condēnatur ad reſtitutionem. Duo ergo poſſunt in
uicem litigare: ⁊ eandem hereditatē vnus ab alio vendicare.
vnde ſi peto me pronunciari heredem contra te poſſeſſorem.
et ecōuerſo admitteris cōtra me. Item ſi peto ſententiā con-
firmari. tu potes eam petere infirmari. de quo dubitat Inno
cen. ē. de offi. deleg. c. cum cōtingat. dic. vt ibi. ¶ Octauo no.
q̄ eps agit hic nomine eccleſie ſibi ſubiecte. ⁊ ad hoc ſemper
idē. c. allegatur. dicam. i. ¶ Venio ad oppo. eliciendas primo
ex glo. ſubſequenter ex dictis doc. primo oppo. papa mandat
epm̄ condēnari: niſi probauerit. q̄ archipresbyter non fuerit
ſane mentis. Sed contra hoc op. ⁊ videtur qḋ epiſcopus non
debuerit cogi ad hoc probandum. q2 abbas ſuam intentionē
non plene pbauit: vt p3 ibi non tamē ſufficienter pbantes
⁊c. Sed regula iuris eſt. q̄ actore non probante etiam ſi reus
⁊c. vt. ē. vt eccle. benefi. vt noſtrum. hic autem innuitur qḋ per
illam probationem imperfectam: niſi eps probet freneſim d3

Additio ē vſq3 ad §. not. primo.

Opponit in contrariū.

condēnari ergo male. ſol. glo. que incipit ſolus teſtis ⁊c. ſen-
tit illud contrarium: ⁊ dicit quod vnus teſtis qui depoſuit de
oblatione alij de oblationis confeſſione adminiculātur: inten
tum. quod faciunt plenam fidem. ⁊ propter hoc iniungit on⁹
probandi epiſcopo frenetici: tempore quo protulit illa verba
ſed hec ſolutio non videtur bona. quia ſola confeſſio nō vide
tur ſufficere ad probandum profeſſionem ⁊ oblationē. quia
eſt confeſſio emiſſa ſuper profeſſione de preterito: que non vi-
detur ſufficere ad probandum quem eſſe monachum vel obla
tum: ſicut nec ad probandum quē eſſe ſeruum. vt. l. nec ſi volēs
C. de li. cauſa. Solutio dicit Joan. andre. quod illa verba non
ſufficiebant ad probandum monachatū: ſed ad probandū vl
timā voluntatem bene ſufficiunt. ⁊ hic dicit quarta glo. ⁊ eti
am glo. j. agebat ergo iſte abbas vigore oblationis ad quam
probandā inducebat confeſſionē emiſſā in extremis. ¶ Se-
cundo opponitur ⁊ videtur quod licet epiſcopus pbet hūc fuiſ-
ſe freneticum tempore dicte confeſſionis: tamen ſibi non pſit:
quia remanet vnus teſtis deponens de viſu ſuper oblatione
perſone: ⁊ rex ergo debuit deferri iuramentū abbati in defe
ctū probationis. vt. c. ſi. ꝫ. de iureiurā. ⁊. c. ex inſinuatione. ꝫ.
de procura. Solutio dicit Joan. and. rerum petitarum quan-
titas diſſuaſit. ff. de legi. tu. l. legitimos Hoſti. dicit quod non
fuit hoc petitum: vel ſm cum nō profuiſſet abbati: qui agebat
ex vltima voluntate: non ex donatione inter viuos. quare nō
iuuaretur ex donatione: licet eā probaſſet: ſm eū quod eſt con
tra tex. in principio. c. vbi patet quod abbas querelam propo-
ſuit. quia ille obtulit ſe: ⁊ ſua ⁊ ad probandū ea verba in extre
mis prolata produxit. vt ſupra dixi. teneo igitur cum Joan.
and. quod hic erat cauſa grauis. ſ. omnium bonorū non viſuz
fuit ergo pape iuramētum debuiſſe. ar. no. in dicto. c. fin. ⁊. l. in
bone fidei. C. de re. credi. ¶ Tertio op. ⁊ videtur quod iſta cō
7 feſſio emiſſa in extremis ſufficiat ſine illo teſte. ꝙ nā verba emiſ
ſa de preterito habēt vim et effectum donationis. vt. l. ex hac
ſcriptura. ff. de donati. vbi ſi dicit teſtator ſciant heredes mei
res tales libertis donaſſe benigna interpretatione dominiū
pertinet ad libertos etiam donatiōe aliter non probata. Sol.
glo. que incipit videtur ⁊c. in ſi. fatetur illam confeſſionē ſuffi-
cere ſi de ea conſtitiſſet plene: ſꝫ non conſtitit per ſcripturā. qꝛ
non fuit teſtat⁹ aliter ille archipreſbyter. Sed in. l. cōtraria de
dicta cōfeſſione liquebat p ſcripturā teſtamēti ſine quo illa v-
ba enunciatiua emiſſa in preteritum obtulit me ⁊ mea ⁊c. pro
bentur per ſcripturam. vt in. l. ex hac ſcriptura ſine p teſtes. vt
hic ſufficit ad probandum donationem fuiſſe factam. Aduer
8 te tamē ex hac ſolutione habes ꝙ quod verba enūtiatiua emiſ
ſa propter aliud inducunt diſpoſitionem: nam interpellatus.
principaliter vt conderet teſtamētū: reſpondit quod nō pote-
rat: ſubdens cauſam. quia obtulerat ſe ⁊ ſua. ¶ Sꝫ quarto cō
tra illud op. ⁊ videtur qꝺ illa verba incidenter prolata etiā in
cauſa fauorabili: vt libertatis: nō inducūt diſpoſitionē. vt. l. ex
his verbis. C. de te. mi. ⁊. l. ex facto etiam agitatum. ff. de here.
a inſti. ſo. dicas. quod verba enunciatiua [a] quandoqꝫ emittūtur
propter aliud. quandoqꝫ principaliter ꝓpter ſe. ſi ꝓpter aliud
ſiue incidēter: ⁊ dic qꝺ quandoqꝫ emittuntur per modū modi.
quandoqꝫ p modum conditionis. quandoqꝫ per modū cauſe.
⁊ quandoqꝫ per modum demōſtrationis. Si per modū modi
dic: vt. l. fin. C. de his que ſub modo. Secundo caſu quādo per
modum conditionis: ⁊ incidenter. ⁊ dic quod aut non fuit ex-
preſſa certa ſpēs: vl quantitas. aut fuit expreſſa. p̄mo caſu nō
inducunt diſpoſitionem. vt. l. tytia in princi. de le. ij. ſecundo ca
ſu aut querit an inducant diſpoſitionē in eo: quod deuenit in
conditione ⁊ nō inducunt. vt. l. ex facto. de here. inſti. aut in ali
quo antecedēti: vel ſequēti: ⁊ inducunt ex preſumpta volunta
te defuncti. ff. de vſuf. l. proculo. ⁊. l. deniqꝫ. ſ. interdum. de pe-
cu. leg. ⁊. l. pe. de col. do. fallūt p̄dicta: qñ. verba ꝓferūtur cōdi
tionaliter p ablatiua abſoluta. vt fideiuſ. ſ. iij. ff. de le. iij. ⁊. l. in
ratione. ſ. tāctū. ff. ad. l. fal. ⁊ hoc de ſcōo caſu qñ ꝓferūtur inci
denter p modū cōditionis. Tertio caſu qñ vba enūtiatiua p-
ferunt p modū cauſe. ⁊ dic: ꝙ aut q̄ris an inducūt diſpoſitionē
per modū exce. ⁊ inducūt. vt. l. ēptor. ſ. ſi. ff. de rei vē. ⁊. l. ſi. ſ. j. ꝺ
doli exce. Idem videt etiam p modum actionis. vt. l. ſi ſocer.
ſ. lucr⁹. ff. ſo. ma. ⁊. l. q volebat. de here. inſti. Quarto caſu qñ v
ba enūtiatiua ꝓferunt p modū demōſtrationis: ⁊ tūc ſi incidē-
ter: nō videtur inducere diſpoſitionē: niſi in milite. vt. l. ex his
verbis. C. de te. mi. fallit ſi volūtas fuerit iurata. vt aut. qꝺ ob
tinet. C. de pba. Itē fallit qñ illud qꝺ i diſpoſitiōe deducit nō
valeret ſine illo: qꝺ p modū demōſtrationis adiūgit. ar. l. pecu
lius. ⁊. l. deniqꝫ. ſ. interdū. p all. ⁊. l. cū talis. ſ. ſi. ff. ꝺ ꝯdi. ⁊ de. Et
predicta oia habēt locū: qñ vba enūtiatiua ꝓferunt incidēter.
ſi aūt ꝑncipalr ꝓpter ſe: ad grauatū directa ſciēter ſup his q p

a ¶ Verba enūtiatiua. an vba enūtiatiua indu ducāt diſpoſitionē aut pbationē etiā panor. ⁊ bar. in. l. ex hac ſcriptura.

defunctū ſunt diſponibilia: diſpoſitione m inducūt quatenus
verbox ſig. patit. ⁊ ſingula iſta vba expone: vt no. bar. in. l. ex
hac ſcriptura. ff. de dona. ⁊ ibi de uirib⁹ iuramēti īterpoſiti ſu
per tali vltima voluntate enūtiatio emiſſa principaliter pro-
9 pter ſe. ꝙ nam multiplex eſt eius virtus circa hoc. pmo enim
inducit nedū diſpoſitionem. ſꝫ pbationē actus celebrati: quā
alſ ſimplex aſſertio nō induceret. vt. l. cū quis. ſ. codicil. de le
ga. iij. ſcōo opatur: qꝛ nō refert proferātur verba pricipaliter
propter ſe: vel incidenter. Itē nō refert ad quem verba dirigā
tur: qꝺ alſ referret. Itē operat: qꝛ verba enūtiatiua ſubaudi-
ta ex vigore verbi taxatiui diſpoſitionem inducūt: quā alſ nō
inducerēt vt dicta aut. qꝺ obtinet. quarto operat ꝙ nō pōt p
bari cōtrariū. ſ. errorē. qꝺ alſ poſſet. vt. l. rationes. C. de pro-
ba. multiplex ergo eſt virtus iuramenti. facit eñ valere actū
omni modo ⁊ via quibus melius pōt. vt. l. cū pater. ſ. cū filius
de leg. ij. ⁊ hoc no. bar. in. d. l. ex hac ſcriptura vbi q̄rit quid in
priuilegio. dicit papa abbati ſancti petri nobis īmediate ſub
iecti an iſta verba inducant diſpoſitionem. vt ſint ſub papa et
exempti ab epō: dic vt in. c. ſi papa. de priuile. lib. vj. Quid in
cōtractibus diſtingue. qꝛ aut verba enūtiatiua ꝓferunt in cō-
tractibus ad liberationē: ⁊ inducūt diſpoſitionē vt. l. tale pa-
ctū. in prin. de pac. ⁊ hoc verū qñ principaliter ꝓpter ſe: ſecus
ſi ob aliud incidēter. vt. l. iubemus. C. de li. cā. Si vero in obli
gationē emittunt ſubdiſtingue: aut emittunt principaliter p
pter ſe: ⁊ inducūt pbationē: nō diſpoſitionē. vt. l. publia. ff. de
poſi. ſi ꝓpter aliud: ⁊ tūc aut emittunt in cōtractu inter pſtes
celebrato ⁊ inducūt pſumptionē ſine pbationē donec cōtra-
riū pbet. vt. l. optimā. C. de cōtrahē. ſti. ⁊ vide qꝺ circa hoc no.
Inno. ꝫ. de offi. dele. cū in iure. Aut inter abſentes: ⁊ tūc non
inducūt pbationē. vt. l. epſa. ff. de pac. ⁊. l. nō nudis. ⁊. l. nō epi
10 ſtolis. de pba. ¶ ꝙ Quid in iudicijs an vba enūtiatiua īducāt
diſpoſitionem. dic vt. j. de probatio. in clemē. vbi plene de ver
bis enunciatiuis pape. facit. l. ſi qui fami. ff. fami. hereiſcunde.
¶ Quinto principaliter. oppon. dicitur hic. quod epiſcopus
tenet probare iſtū non fuiſſe ſane mētis: ⁊ ſic negatiuam. Sed
cōtra. qꝛ neganti nō incumbit onus probandi. ſed affirmandi
vt. l. ei qui dicit. ff. de proba. ⁊. ꝫ. de elec. c. bone. ſolu. dicit gloſſ.
hoc ideo dicit. quod iſta negatiua non ſane mentis reſolui-
11 tur in illam affirmatiuam: quod iſte fuerit furioſus. ꝙ ⁊ ſic cū
negatiua habet implicitam affirmationem negans debet p-
bare. vt dicit hic glo. ⁊. l. nec codicillos. C. de conditio. ⁊ plene
per Joan. an. in dicto. c. bone cui adde quod not. barto. poſt
glo. in. l. fina. ff. de doli exceptio. qualiter autem probetur fu-
ror: tetigi ⁊ remiſi. ꝫ. ad ſpecula. in quinto nota. ⁊ vide. c. indi-
ces. iij. q. ix. vbi poteſt elici quid iuris cum delictum perpetra
tur ab eo qui habet dilucida interualla: nec probari poteſt
vtrum tunc fuerit ſane mentis: vel furioſus. quid in dubio pre
ſumendum. ¶ Sexto opponi. ⁊ videtur epiſcopū nō admitti
ad contradicendum vel petendū bona iſtius archipreſbyteri.
qꝛ nō ad ipſum vel eccleſiā: ſed ad cōſanguineos. ptinebāt. xij.
q. vlti. c. ſi. So. dicit glo. ſi intelligas ⁊c. ꝙ illud. c. loquit cū nō
extāt cōſanguinei tūc eñ ſuccedat eccleſia cui⁹ noīe egit epūs
Idē tꝫ Inno. ⁊ hoſti. ¶ Septimo op. patet hic. ꝙ epūs aliqua
occupauit: ergo debuit cadere a iure ſuo. ar. l. ſi qs in tantū. C.
vnde vi. ſo. dicit glo. penul. ꝙ. l. illa nō hꝫ locū in bonis iacen-
tis hereditatis nondum adite: vel adite: ſed non apprehenſa
poſſeſſione. que nō acquirit per verbalem aditionē. vt. l. cū he
redes. ff. de acqui. poſ. Si tamē dicimus oblationē bonox ⁊ p
ſone fuiſſe probatā illa ſo. nō ꝓcedit: qꝛ p oblationē pſone trāſ
fertur poſſeſſio rerū in cōſequētiā. vt not. ꝫ. de proba. in pre-
ſentia. p mortē ergo oblati nō fuiſſet expediēs nouiter mona.
poſſeſſionē acquirere. vt pote iā q̄ſitā p oblationem perſone
tenet ergo tūc epūs penden. dicte queſtionis. ſed eius delictū
nō nocet eccleſie: vt dicit gloſ. ⁊ latius. ꝫ. de ordi. cogni. c. cum
dilectus. ¶ Op. octauo: ⁊ videt. ꝙ nihil ꝓſit epō probare ꝙ
archipreſbyter nō fuerit ſane mētis. nā qꝛ in ſanitate obtule-
rat ſe: ⁊ ſua furor ſupueniēs nō videt efficax ad reciſionē actus
legitime celebrati. vt. c. actū legitime. de reg. iur. lib. vj. ⁊. l. pa
tre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. ſol. dicit gl. ſi obla
tio nō pbat: niſi per vnū teſtē. qꝺ nō ſufficit. vt dixi. ꝫ. in ſecun
da opp. ¶ Nono opp. innuit iſte tex. ꝙ ſi iſta cōfeſſio pbaret
q̄uo. ſ. iſte archipreſbyter ꝯfeſſus fuerit: ꝙ obtulerit p ſe: ⁊ ſua
dꝫ abbas vincere p iſtā cōfeſſionē. Sꝫ cōtra hoc op. ⁊ videt ꝙ
talis cōfeſſio nō ſufficiat ad cōdēnationē. vt. l. cū de indebito.
ff. de pba. nā cōfeſſio extra iudiciū emiſſa nō ſufficit. vt. c. ꝙ ſic
graue. de exceſ. prela. ⁊. c. ⁊ ſi clerici. de iudi. ſol. dicit Inno. cō-
feſſio de preterito q̄ ſit extra iudicium nō eſt ſufficiēs pbatio.
ſi tñ qs cōfiteat ſolēniter etiā extra iudiciū: ⁊ poſtea cōueniat
non eſt audiendus contra ſuam confeſſionem: niſi oſtendat ſe
aliter

aliter intellexiſſe:vel aliud rationabile.vt not.ſ. de electi. per
inquiſitionē.hec aūt confeſſio ideo nō eſt efficax ꝓbatio. quia
nō viuit is qui confeſſionem ſecerat.⁊ ideo nō pōt dare intelle
ctum confeſſioni.arg.ſ.de accuſa. cum dilecti. eſt tñ ſufficiens
preſumptio:vnde ⁊ ei ſtatur.vt not. Jo.an.ſuper quarta gloſ.
poſt Inno.cuius verba ſunt ſatis dubia:⁊ inferunt ꝙ ſi cōfeſ-
ſio eſt pregnās:⁊ poteſt habere varios intellectus:ſi viuit cō-
fitens contra eum ſit interpretatio:niſi ꝓbet aliter intellexiſſe
⁊ de hoc eſt caſus in dicto.c.cū dilecti.ꝯtra heredē vero qua-
liter interpretabitur:videtur ſibi talis confeſſio nō nocere ſm
eum.dum dicit ꝙ nō ſufficiens ꝓbatio: ſed dum ſubdit ꝙ eſt
ſufficiens preſumptio:⁊ ei ſtatur:videtur in effectu ſibi nocere
ſed vtrū poſſit ſibi dare intellectum ⁊ interpretari:vt poterat
defunctus.glo.videtur ꝙ nō poſſit.in.l.pompo.ſcribit ſi fru-
mentū.§.ſi.de rei vendi.⁊ qđ not.Barto.in.l.ſi ſtipulatus fue
rim.de verb.obli.⁊.l.inter ſtip.§.ſi ſtichū.eo.ti.⁊ not.illū paſ-
ſum. ¶ Decimo oppo.dicitur hic ꝙ vnus teſtis vidit qñ ob-
tulit ſe ⁊ ſua:ſed videtur ꝙ ꝓbatio de viſu illo caſu nō ſit con
cludēs.quia nō viſu ſed auditu percipitur oblatio: que requi
rit verba ſe ⁊ ſua offerentis.per aliū ergo ſenſum ꝙ̄ cōgruat
negotio de quo agitur:nō videtur dictuꝫ teſtis ꝯcludere: nec
valere iuxta not.per Inno.in.c.cum cauſam.ſ.de ꝓbati.So.
dicit Jo.and.ꝙ offerre ſe ⁊ ſua conſiſtit in facto.⁊ ideo illam
12 oblationē potuit teſtis videre:⁊ verba nō audire.Vel dic†ꝙ
verbū viſus refertur qñqꝫ ad oculū intellectus non corporis.
vt ptꝫ in legibus ⁊ canonibus que incipiunt videamus. facit
quod not.Cy.in.l.teſtium.C.de teſti.⁊ Bart.de autho.tu.l.i.
¶ Undecimo oppoſi.teſtes abbatis erant iam recepti ſuper
confeſſione:⁊ poſtea eṗus admittitur ad probandū.ꝙ tpe di
cte cōfeſſionis ille nō fuerit ſane mentis.ſed videtur ꝙ nō de-
buerit ad hoc admitti atteſtationibus publicis.q̄ ſunt ꝓba-
tiones directo ꝯtrarie.ergo ⁊c.vt.c.i.de teſti.in clem.So.iſta
eſt reprobatio indirecta que admittitur per viam reſtitutōis
in integrū etiā atteſtationibus publicatis.qđ qñ ſit verū: dic
vt.ſ.de reſtitu.in integ.c.auditis.⁊.c.coram.⁊ Barto.in.l.i.§.
ſi.ff.de ope.no.nun. ¶ Duodecimo oppo.⁊ videtur ꝙ eṗus
nō debuerit admitti:ſed ſucceſſor archipreſbyteri in eccleſia il
la iuxta not.in.c.edoceri.ſ.de reſcrip.So.dicit Joan.an. hec
eccleſia erat vacans:cuius noīe agit eṗus:idem etiā ſi nō va-
cet.nam oēs eccleſie decime ⁊ oblationes pertinent ad curaꝫ
epiſcopi.x.q.i.regenda.⁊ per totū.⁊.xxxij.diſtin.preter hoc.⁊
de dona.apoſtolice.nam ⁊ tota dioceſis dicitur ipſius paro-
a chia.ᵃinfra de deci.ad apoſtolice.vnde ⁊ in abbatijs hoc iure
vtitur.de ſtatu mo.c.vlti.§.ꝙ ſi abbas.Et idē forte ſm Inno.
in quolibet ſuperiore.vt ꝑ collegio ſibi ſubiecto poſſit agere
C.de epi.⁊ cleri.l.nulli.⁊.l.ſi quis ad declinandū.⁊.c.ex tranſ-
miſſa.de preſcrip.vbi de hoc.⁊ in caſu huius.c.ſm Abb.agit
eṗus nō ſuo noīe ſed eccleſie.⁊ de hoc qualiter epiſcopus vel
alius inferior prelatus agat pro eccleſia ſibi ſubiecta. vide in
clem.i.de reſcrip.⁊ vtrum dñs epiſcopus pro debitis ⁊ iniu-
ris illatis ſubditis:dic vt no.ſ.de iureiuran.ſicut.⁊ de appel.
dilectis.⁊.l.de iure.ad municipa. ¶ Quero de tali queſtione
13 †pone abbas plene probauit ꝙ archipreſbyter ꝯfeſſus fuit ſe
nō poſſe teſtari.q̄ obtulit monaſterio ſe ⁊ ſua: q̄ro an abbas
capiet iſta bona vt ex vltia voluntate an vero vt oblata inter
viuos.hoc eſt vtile ſcire q̄ñ ſi vt ex vltima voluntate eṗus de-
trahet canonicam.ſi vt inter viuos tanꝙ̄ bona oblati ad cano
nicam nō tenetur. vt.c.ij.⁊.c.de his.⁊ quod vtrobiqꝫ not. Jo.
andre.infra titu.j. Item ſi vt inter viuos capiet tanꝙ̄ debita
ex contractu:ſi tanꝙ̄ ex vltima voluntate capiet:vt fideicōmiſ
ſum vel legatū.⁊ differentie multe ſunt capere vt debitum an
tanꝙ̄ legatum:vel relictum quo ad falcidiā: quo ad facultatē
reuocandi:⁊ quo ad multa alia.Reſpondeo.quando in teſta-
mento vel codicillis teſtator confitetur debitum ⁊ vt debituꝫ
legat:an talis confeſſio probet debitum:ſi de eo aliter nō con
ſtet.dic ꝙ talis confeſſio nō probat debitum:ſed fideicōmiſſi
petitioneꝫ inducit.vt.l.lucius.§.quiſquis.ff.de legat.iij.quod
eſt verum:niſi teſtator iurauit:tunc eñ per illam confeſſioneꝫ
contra eum inducitur probatio debiti.vt.l.cum quis.§.codi-
cillis.ff.de lega.iij.⁊ aucten.quod obtinet.C.de probationi.⁊
per hoc dico ꝙ iſte cui teſtator legat tanꝙ̄ debitū:⁊ ſic vt cre-
ditori ſi aliter de debito nō appareat:capiet vt legatum:⁊ nō
preferetur alijs legatarijs.vt.l.qui vxori.de auro ⁊ argē.leg.
licet in contrarium faciat.l.qui tacitum.§.fina.de his quibus
vt indignis.Sed reſponde vt ibi per Barto.hoc etiam facit
14 ad aliam queſtionem.†Teſtator confitetur ſe habuiſſe de bo-
nis cōmunibꝰ tantū:poſtea conualeſcit:an poteſt ad iſtud con
ueniri.Cynus format iſtam queſtionē.C.de nō nume. pecu.l.
generaliter.⁊ ibi videtur tenere ꝙ poſſit conueniri: ⁊ contra

a ¶ Ipſiꝰ parochia. Ui de eūdē petrū de anc. ſ.de dona. in.c.apl̃ice. nu.2.⁊ que ibi dixi in a poſtilla.

¶ Ponit queſtiones.

eum inducatur probatio.nam in vltimis volūtatibus poteſt
contrahi.vt nota.de teſtamē.l.heredes palam.in fine.⁊ in con
tractibus nō eſt locus penitentie.C.de actio.⁊ obliga.l.ſicut.
iſta ergo confeſſio habet vim cuiuſdam confeſſionis inter vi-
uos:nec poterit reuocari.dñs Jaco.de bel.in cor.de iureiur.
aīno.pee.determinat contrariū.ꝑ quo videtur caſus in dicto
§.codicillis.vbi confeſſio nō inducit ꝓbationē debiti niſi ſit in
rata.preterea hoc dicendo poſſet teſtator priuare filios legiti
ma:confitendo alijs ſe debere ꝙ ſufficeret.⁊ ſic aperiretur via
malitijs.cōtra.c.quanto.de diuor.ꝑ hac parte allegat Bart.
illud.c.in dicto.§.codicillis.⁊ hoc tenet ibi niſi fuiſſet cōfeſſus
ſtipulanti ⁊ recipienti ꝑ alio:vel confiteretur parti pñti. tunc
eñ habet vim confeſſionis inter viuos:⁊ preiudicat.⁊ hoc mo
do bene loquitur Cy.poſt Pe.ſecus ſi fieret parte abſente.vt
l.certū.§.ſi quis abſente.de cōfeſ. Itē predicta vera niſi in his
confeſſionibus que dependent ex mera voluntate confitentis
vt aditio hereditatis:declaratio animi:qñ preceſſit actus am
biguus.vt.l.auia.C.de iure delibe.⁊.l.vxori.§.ſi.de lega.iij.⁊
ita dicit Bart.in dicto.§.qđ eſt no.ex his ptꝫ ſolutio.q. ꝙ iſta
bona ſi aliter bonoꝝ ⁊ perſone obligatio nō probatur:capiet
abbas tanꝙ̄ ex vltima voluntate:nō tanꝙ̄ debitū.⁊ hoc ſi nō
fuit preſens ꝯfeſſioni.ſi aūt fuiſſet preſens capiet vt debita.et
eṗus nō habebit canonicā iſto caſu.⁊ no.iſta.

¶ De ſepulturis. ¶ Rubrica.

1 ¶ Sepultura qd ſit. Quibus ꝯcedit:⁊ qbus ꝓhibet. nu.2.
3 Homines in quo loco debeant ſepeliri.
4 Exequie defunctoꝝ an debeant fieri cū gaudio an cū fletu.

¶ Dictū eſt ſupra de teſtamētis ⁊ ſucceſſionibus ab inteſtato
que cōpetunt ⁊ ſumunt vires per mortē.poſtꝙ̄ ergo vidimus
quid iuris de bonis defunctoꝝ.videndū eſt quid iuris de ſe-
pulturis ipſoruꝫ.oēs eñ morimur: ⁊ ſicut aque dilabimur.ij.
re.xiiij.cū ꝯuenit.xiij.q.ij.vbicūqꝫ.⁊ in dicta cā.xiij.q.i.habet
de illa materia repetitur vtiliter.li.vj.⁊ in cle.multū rigoroſe.
dñs Jo.an.q̄rit ꝑ modū ſumme de pluribus ſup illa rubrica
primo quid eſt ſepultura.ſcđo quibus cōceditur:vel negatur
tertio in quo loco debeant hoīes ſepeliri.quarto an cū plāctu
1 vel gaudio debeant viuētes mortuos ſepelire. ¶ †Ad primū
quid eſt ſepultura. dic ꝙ ſepultura accipit multis modis. vt
ſ.eo.c.pe.in.i.glo. In materia aūt nr̃a dicit ſepultura locus cō
cauus quo in eccleſie cemiterio corpus catholici cōquieſcit ꝙ
locus ſit cōcauus ꝓbatur.ſ.eo.c.pe.dū dicit effodi qđ in cemi
terio hoc fiat:ꝓbatur.xiij.q.ij.vbi dicit ꝙ in cemiterijs eſt re-
quies chriſtianoꝝ defunctoꝝ.⁊ vide qđ no. xiij.q.ij. cū gratia.
2 catholicis dixi.†q̄ minus catholici nō ſunt cū catholicis in ce
miterio tumulādi:⁊ ſepulti ſi diſcerni coꝝ oſſa pñt:ſunt exhu
mandi.ſ.eo.c.ſacris.quoſdā aūt ex iſtis enumerat hic Jo.an.
nā excōicati ſi ſic deceſſerint nō ſunt ſepeliendi in cemiterio:in
quo ſi ſepulti fuerint debēt recōciliari.de ꝯſecra.ec.vel alta.cō
ſuluiſti.i.abſoluti vero a ſimplici ſacerdote ſunt ſepeliendi. de
rap.c.ex literis.negatur etiā ſepultura ꝓfeſſo qui ꝓpriū nō re
ſignauit in morte.de ſtatu mo.c.ij.§.q vero.⁊ pluribꝰ alijs de
quibus per glo.ſ.eo.ex parte.extra aūt exceptos ſepultura in
vniuerſo orbe chriſtianis ꝯcedenda eſt.xiij.q.ij.qui diuina. et
ipſam ꝯcedere humanū eſt:crudele aūt ⁊ impiuꝫ denegare.vñ
Eccli.vij. Mortuo nō negabis gratiā ſepulture. nam legimꝰ
ſepelientes mortuos a maximis ꝑiculis euaſiſſe. vt refert Ua
lerius de ſomnijs lib.j.exēplo.xi.⁊ li.v.c.j.de humanitate.vbi
cōmendat Ceſarē qui caput Pompei hoſtis ſui ſibi deſtinatū
honorifice ſepeliri mandauit.⁊ in vltimo exemplo.ibi cōmen-
dat hannibalē qui ſucceſſiue tres romanos Paulū:Gracchū:⁊
Marcellū ipſius hoſtes occiſos honorifice ſepeliuit. ⁊ ſic hu-
manitas hoſtilē ſanguinē hoſtilibus lachrymis miſcet.Iudei
etiā ſepulti non debent exhumari.vt.ſ.de iudeis.ſicut.⁊ ꝑ iſta
ptꝫ de ſcđo quibus ſcꝫ ꝯcedit vel negatur ſepultura. ¶ Quo
3 ad tertiū †in quo loco debeant hoīes ſepeliri dictū eſt.ſ. ꝙ in
cemiterio ⁊ in ſepulcris maioꝝ.⁊ vbi qs ſibi eligit ſepulturā.
vt.ſ.eo.c.ſ.⁊.c.fraternitateꝫ. Religioſi nō coguntur extra ſua
monaſteria ſepeliri.ſ.de excep.pre.nimis.de coꝝ aūt ꝯfratri-
bus dic vt.ſ.de priuile.c.vt priuilegiati. Itē tpe generalis in-
terdicti nō debēt tunc mortui ſepeliri.de priuile.c.cum ⁊ plan
4 tare.§.ꝙ ſi. ¶ †Quo ad quartū an cum gaudio vel cū fletu de
bent fieri exequie defunctorum.dic ꝙ ſine luctu.xiij. queſtiōe.
ij.ꝙ prepoſterū.cū tribus ſequen. Ualerius de hoc tractat li.
ij.ca.ij.⁊ refert ibi de Tracis qui plorabant natale:et ridebāt
exequias.Et de Lycijs qui ſumebāt in funeribus veſtem mu
liebrem.vt cito veſte depoſita:deponerent ⁊ merorem.⁊c.

¶ Cōmendat Ceſarem ⁊ Hannibalem.

1 ❡ Decedens nō electa ſepultura ſepelitur in loco maioꝝ.
2 Prouiſio iuris cōis tollitur per ꝓuiſionē hoīs.
3 Jus ſepeliendi in certo loco poteſt eſſe ꝓpriū alicuius quo ad vſum.
4 Actiōes Chriſti ⁊ eius exēpla ⁊ patriarcharū debem⁹ ſequi.
5 Eccleſia parochialis debet habere tertiam de relictis eccleſie vbi quis elegit ſepulturam. Et de quibus relictis intelligatur. nume. 9. ⁊ nu. 10.
6 Vita laicoꝝ clericis eſt paſſio: mors conſolatio.
et ex compoſitiōe poſſunt licite retineri.quod dic.vt.ſ.de re.
ec.non ali.c.vt ſuper.et de trāſac.veniens.in fine.Aut queris
de decimis non ſoluendis in poſterum.et tunc aut queris de
compoſitione ineunda cum laicis:aut cum clericis. ſi cum lai
cis compoſitio non tenet ſine iudicis auctoritate:ſicut nec cō
ſuetudo nec preſcriptio iuuat laicum:quo ad decimā preſcri
bendam:vel retinendam de preſcrip. cauſam que.nam et ta
lia poſſidere non poteſt.j.e.ad hoc.Si autem eſt compoſitio
ineunda cum clericis:et valet etiam ſine authoritate ſuperio
ris.vt.ſ.c.ex multiplici.et.j.c.proxi.Ratio in eis eſt.quia poſ
ſunt poſſidere:et quecunqꝫ eccleſia poſſideat nihil refert.naꝫ
in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus.ad hoc.C.de ſa
croſanc.et auten.ſibi inuicē.⁊c. ¶ Sed incidenter contra hoc
oppon. ꝙ nulla compoſitio admittatur quia eſt in precepto
ergo ⁊c.ſ.de tranſac.c.ſi.ſo.dic ꝑ Hoſti.j.c.a nobis.tu etiam
poſſes opponere:et videtur ꝙ ſine iudicis auctoritate etiaꝫ
compoſitio inter clericos non teneat in decimis quia ſunt ci
bus in domo domini.ſed ſuper alimentis debitis in futurū
non tenet compoſitio nec facta ſine cauſa: et iudicis auctori
8 tate.vt.l.ſi cum ij.ff.de tranſac.cogita ꝑ ſolutio. ¶ Tertio ꝑ
quero laicus de predio ſuo neglexit ſoluere decimas eccleſie
j.cuius limites predium ſitum erat.et hoc pluribus et pluri
bus annis:deinde non dedit predium queritur vtrū eccleſia
poſſit conuenire iſtum emptorem qui modo poſſidet ad de
cimas preteriti temporis.videtur ꝙ ſic. quia decima ē onus
reale et tributis comparatur.vt.j.e.tua. ſed in tributis ⁊ one
ribus realibus poſſeſſor tenetur etiam pro tempore preteri
to.vt legitur.et not.C.ſine cen.vel reli. l.vlti.et.C. de publi.l.
imperatores. Jo.an.videtur hoc tenere. ꝙ ſit in optione re
ctoris parochialis:an velit cōuenire illum qui hactenus fru
ctus percepit an velit conuenire poſſeſſorem nouum.et ꝙ ſe
quātur poſſeſſorem videtur probari.j.c. paſtoralis. In con
trariū facit.ꝙ nō poſſint pati a poſſeſſore prediorū. nam ſm
plurium opi.de qua.ſ.c.proxi.decime petunt cōditione ex ca
none.xvij.q.j.moderamine.ſed quelꝫ cōditio eſt perſonalis.
vt inſti.de ac.§.ſic itaqꝫ.ſi eſt pſonalis concludit ꝙ competit
contra poſſeſſorem. q: actio perſonalis nō ſequitur fundum
vt.l.j.§.ſi heres ad treb.preterea onus decime reſpicit illū q
percipit fructū hinc eſt.ꝙ dn̄s de parte ſua ſoluit decimā.j.c.
tua nobis.ille ergo q fruct⁹ pcipit ⁊ nō ali⁹ q nō pcipien vrge
ri ad ſolutionē.ad qđ.ff.de vſuff.l.hacten⁹.et.l.ſtipēdia.de im
pen.in re.do.l.quero.de le.primo.licet enim fructus debean
tur ex predio:non tamen fundus pro illis dicitur obligatus.
vt.j.eo.ff.de contrahen.empt.l.vlti.non ob.c.paſtoralis quia
loquitur de fructibus indecimatis:qui in alterum transferū
tur:in quibus maior eſt ratio:quod cum onere transferantur
ꝙ poſſeſſio hoc.tamen hic tenent(vt dixi)ꝙ ſic in electioneꝫ
rectoris contra quem agat: vel contra nouum poſſeſſorem:
vel contra illum qui deſijt poſſidere. facit quod nota. de re
bus ec.non ali.ſi quis.in gloſſa.de facto.et ita tenet dominus
federi.conſilio.liiij.et nota.de hoc Archi.xvj.queſtione ꝑma
ſi quis laicus.

Ponit que ſtiones.

1 ¶ Priuilegiatus ſuper decima non ſoluenda de laborib⁹
tenetur ſoluere de predijs cōductis.
2 Monachi poſſunt conducere poſſeſſiones ad firmā.
3 Status non reducitur ad modificationem:ſed purgatur vbi
eſt enormis leſio.
4 Compoſitio an admittatur ſuper decimis.

DIlecti. Priuilegiati ſuper decimis non ſol
uendis de predijs que conducūt ab
alijs decimas ſoluere debent.ſecunda ibi. vnde lo
quitur iſtud.c. ſecundum gloſſ. de monachis habē
tibus priuilegium non ſoluendi decimas de laboribus ſuis.
quod priuilegium non extenditur ad conductitias poſſeſſio
nes.contrarium videbatur:nam ſi de proprijs predijs ꝙ ſuis
laboribus colunt non tenentur ſoluere propter priuilegium
multominus de conductitijs cum de iſtis vltra laborem pen
ſionem ſoluant.ſed de proprijs non ſecundum Hoſti. ¶ No
1 ta ergo primo ꝑ ꝙ priuilegiatus ſuper decima non ſoluenda
de laboribus tenetur ſoluere de predijs conductis. ſimiliter
econuerſo ſi propria locaret alteri teneretur ſoluere.vt. j.c.li
cet.in priuilegio ergo.de decimis laborum hec duo requiran
tur ꝙ predia ſint propria:vt hic.et quod illa laborēt proprijs
manibus:vel ſumptibus.vt.j.c.licet.et aduerte quia iſti con
duxerunt ab alijs nō priuilegiatis.nam ſi conduxiſſent a pri
uilegiatis nihil ſoluentibus. nec ſoluerent iſti conductori. j.
eo.nuper.ſecundum Joan.andr. quod facit contra id quod.
2 j.dicam.j.e.licet. ¶ Secundo nota.ꝑ ꝙ monachi poſſunt cō
ducere poſſeſſionem ad firmam de quo in prima gloſſ.quam
tenet Innocen.Ant.et Hoſtien. facit ad ea que dixi.ſ. de vi.
3 et ho.cle.c.fin. ¶ Tertio nota.ꝑ ꝙ vbi eſt enormis leſio: non
reducitur ſtatus ad modificationem:ſed totus purgatur. cō
4 cor.j.c.proxi.et.c.nuper. ¶ Quarto nota.ꝑ quod admittitur
compoſitio ſuper decimis.de quo dixi.ſ.c.proxi.et eſt miruꝫ
ſi apparet pape:quod iſti non foueant ius quomodo nō pre
ciſe mandat eis ſoluere:ſed componere ſi poſſunt.nam nō vi
detur compoſitio valida ſi iniuſte quis litigat.de quo cōtra
rio dic:et ſolue.ſ . depoſi. grauis.pro complemento huius.
c.dicet adde que dicam.j.eo.licet nam illud quod hic dicitur
in conductore alieni predij ꝙ non habeat priuilegiuꝫ: poſſet
queri econuerſo.quid in locatore predij proprij dicam ibi.

1 ¶ Priuilegiatus ſi moleſtatur ab alio contra tenorē pri
uilegij recurritur ad papam.
2 Equum a principio procedente tempore poteſt fieri iniquū.
3 Legitiat⁹ an poſſit excludi a ſucceſſiōe pp filios ſupueniētes.

SVggeſtum. Priuilegiū ꝯceſſum ſu
ꝑ decimis nō ſoluēdis
reuocatur ſi incipit eſſe nociuum ⁊ in prima con
ſultatio.in ſecūda reſpōſio.ibi:diſcretioni. ¶ No
1 ta primo ꝑ ꝙ recurrit ad papā cū priuilegiat⁹ ab
alio ꝯ tenorē priuilegij moleſtat.nā iferior nedū de iurib⁹ pri
legij pape:ſꝫ nec de ꝯfirmatiōe alteri⁹ priuilegij ꝙ pape pōt ſe
inferior itromittere.qđ dic.vt.ſ.de iudici.c.cū veniſſet.ex quo
collige ꝙ ſi de iurib⁹ priuilegij dubitat ad papaꝫ recurrit.q:
ei⁹ eſt interpretari:cui⁹ ꝯcedere.vt plene in dicto.c.cū veniſſet.⁊
l.ab executiōe.ff.de ap.et.l.ſi de iterpretatiōe.de legi.⁊ eſt ar.
ꝙ municipes interpretātur ſtatuta ſua: ſi tn̄ eſſent ꝯfirmata
p ſupiorē dubitari poſſet:an ille q edidit: an ꝯfirmās habeat
ius interptādi forte ſtatuēs potēti⁹ ius hꝫ ad hoc.l.oim.C.de
teſtamētis.⁊qđ no.ſ.de ꝓbē.dilecto.et.c.cū aliqb⁹.de reſcrip.
2 li.vj. ¶ Scđo no.ꝑ qđ a pncipio fuit equū pcedēte tēpore ſit
iniquū.⁊ loquit iſte tex.in priuilegijs.idē i ꝯſtitutiōib⁹ vt ſꝫ va a
rietatē tēpoꝝ varient nec ē hoc rephēſibile.vt.c.nō dꝫ.j.de cō
ſang.⁊ affi.⁊ pꝫ heſter.c.antepenul.vel penul. Et induco hoc
3 ad.q.ꝑ talē qđā nō habēs filios legitimos pereauit quēdā an
a talis filius legitimatus poſſit ſuccedere. vna cū legitimis vꝫ
ꝙ nō p illud.c.q: ceſſat cā legitimatiōis:q: fuit carētia libero
rū.p hoc.l.ex facto.ff. de vul. et pu. vbi receditur a beneficio
principis:cum incipit ceſſare cauſa bñficij.et hoc tenet Dy.in
dicta.l.ex facto.Ray.de for.ibi cōtra quia reſcriptio perfecta

¶ Cū legitimis.de filio legitimato p tuē nō habentē filios legitimos. ſalt.i.l. ſi nū ꝙ.C. de re no.dona.

et conſummata: licet perueniant ad eum caſum a quo non
poſſent incipere: non tamen vitiantur. vt nota. dy. in. c. actum
legitime. de reg. iuris. li. vj. non ob. ſecundum eum. l. ex facto.
quia ſubſtitutio ibi ante mortē filij non erat perfecta: ſed legi
timatio ſic. ſed hec debilis differentia videtur. quia ſicut ex
ſubſtitutione iam facta pendet ius ſuccedēdi: ita ex legitima-
tione. vtrobiqꝫ ergo deberet vitiari: anteqꝫ ſucceſſio deferа-
tur Bartol. tamen tenet cum Ray. Non obſtat precedens ſi
militudo pendentie quia ſucceſſio ad legitimationem ve-
nit acceſſorie: legitimatio enim per ſe ſtat: et eſt perfecta quo
ad ſucceſſionem et multa alia ſe extendit. ſubſtitutio vero et
ſucceſſio pariter ſe habēt. igitur facilius vitiatur ceſſante cauſa
preterea legitimatus a principe equiparatur legitimato per
ſequens matrimonium. vt in aucte. qui mo. na. effi. le. §. illud.
in fin. ſed legitimati per ſequens matrimonium ſuccedunt cū
legitimis. vt. l. pe. et antepenul. de natu. li. ergo. ⁊c. ita firmat
in dicta. l. ex facto. Item facit ad. q. ſi papa prelato ſeio con-
fecto: vel de adminiſtratione ſuſpecto dedit coadiutorem qđ
mortuo prelato ceſſat coadiutoris officium. quia ceſſat cauſa
dationis. de quo nota. et dixi. ſ. de cle. egro. c. pe. et remiſi ad
Opponit in côtrarium. Barto. in. l. queſitum de tutel. ¶ Oppon. et videtur. qꝫ papa
hic non iuſte moneat iſtos priuilegiatos: vt componant: vel
ſoluant. immo deberet eos a propoſita querela abſoluere:
propter priuilegium quod debet eſſe manſurū: ſicut eſſet be-
neficium. vt. c. decet. de regu. iuris. li. vj. et. xxv. q. ij. c. j. ſo. vt in
glo. j. que dicit illud quod dicitur in cōtrario eſt regulare. fal-
lit in pluribus caſibus in ea enumeratis: in quibus receditur
a priuilegio vltra dictos caſus: qui ſunt quinqꝫ. Ioā. an. enu-
merat alios: et ſcđm eum ſextus eſt per contrariam ſententiā
de re iu. inter mona. et. c. ſuborta. ſeptimus per ſecundū pri-
uilegium contrariū faciens mentionem de primo. de pſcrip.
veniens octauus per renuntiationem tacitam vel expreſſam.
de reſcrip. nonnulli. de fo. compe. dilecti. ij. per ſpeciale priui
legium poſtea impetratū. quia forſan derogat generali etiā
de illo mentione non facta ſcđm Hoſti. qui remittit. ſ. de re-
ſcrip. c. j. ex ratione ſcandali: vt hic. et. ſ. de preſcrip. c. ij. xi. per
reſcriptum quod continet clauſula non obſtante ⁊c. de fo. cō-
pe. dilecti. l ſi. xij. obſtāt priuilegia ſpecialis cōuētio: vel pactū
ſ. co. ex multiplici. cum concor. vide in ſpecu. de inſtru. edi. §.
nunc autem. in fine.

1 ¶ Monachorum genera varia ſunt.
2 Priuilegia conceſſa ſunt omnibus fere religioſis ſuper deci-
mis non ſoluendis ſuorum animalium et aliorum.
3 Ciſtercienſes templarij et hoſpitalarij non ſoluunt decimas
de poſſeſſionibus ſuis.
4 Decima an ſit ſoluenda de nouali ab alijs extirpato: qđ per
uenit ad manus monaſterij.

Ex parte. Ciſtercien. templarij: et hoſpi-
talarij: decimas laborum nō ſol
uunt: alij vero religioſi non ſoluunt decimam de
hortis: nutrimētis animalia: vel noualibus q̄ ſuis
manibus vel ſumptibus excolunt. et in prima cō
1 ſultatio. in ſecunda reſponſio. ¶ Not. † primo qꝫ varia ſunt
genera monachorum. quidā albi. quidam nigri. ⁊ multi alij
diuerſorum colorum qui tamen omnes ſub regula beati be-
nedicti et auguſtini ⁊ aliorum concluduntur varietate habitus
non mutante ſubſtantiam. de quo ſi. vide quod no. in cle. tit.
j. de elec. ¶ Secūdo no. qꝫ epiſcopus intimauit pape grauа-
men per iſtos illatum parochijs et eccleſijs ſibi ſubiectis. qđ
2 poteſt facere. vt. ſ. de ſuc. ab inte. c. ſi. ¶ Tertio not. † qꝫ fere
omnibus religioſis ſuper non ſoluendis decimis ſuorū ani-
maliū: et aliorū de quibus in text. priuilegia ſunt cōceſſa. fere
ſūt ideo dicit. qꝛ leproſi de hoc priuilegio nō participāt. vt. j.
de ec. edi. c. ij. ſed dic qꝫ illi nō ſunt religioſi: vt ibi p Ioan. an.
et cle. j. ſ. e. Itē qꝫ dicit de hortis intellige ad ꝓpriū vſum tātū
alias poſſent eccleſias omnibus decimis priuare: faciēdo de om-
nibus poſſeſſiōibus hortos qđ eēt iniquū: adeo reuocādū. vt. ſ. c.
ꝓxi. iſtud etiam. qđ dicit de nutrimētis aialiū ⁊c. expone. i. de
aialibus q̄ nutriūt. ſecus ergo ſi darēt alijs tenēda: nā ſicut priuile
gium de decimis non ſoluendis laborum: non extenditur ad
terras quas tradunt alijs excolēdas: vt. j. de proximo. ita pri
uilegium de nutrimentis animalium: non extenditur ad ſua
animalia que tendunt alijs nutrienda. vt not. in cle. j. ſ. e. Cui
autem eccleſie debeatur decima de fructu gregis nota. xiij. q.
j. §. ij. et. c. ad apoſtolice. ſ. e. ¶ Quarto not. qꝫ ceteri religioſi
3 non ſoluunt decimas de noualibus ſuis. † Ciſtercien. vero tē
plarij et hoſpitalarij non ſoluunt de poſſeſſionibus ſuis. et
ſic plus i hoc fauoris impēditur. qꝫ ceteris. Et aduerte quod
dicit de noualibus ſuis que ꝓprijs ⁊c. requirit enim qꝫ terra
4 nouális ſua ſit. et qꝫ illam colat. † ſi ergo alij extirpauerunt
nouale. licet poſtea perueniat ad manus priuilegiatorum cēſ
ſat priuilegium. ſecundum Hoſtienſem. ex his habes expo
ſitionem iſtorum verborū. de animalibus. de hortis. de nouali
bus. de poſſeſſiōibus ſuis. quas proprijs manibus ⁊c. hodie
cōtra religioſos priuilegiatos cōmittentes fraudes in nō ſol-
uendo decimas. quibus debent vel prohibēdos alios qui te-
nentur ſoluere: ne ſoluant. eſt prouiſum in cle. j. ſ. e. vbi de qui-
buſdam fraudibus quas committunt. ¶ Vltimo nota. gloſ.
magnam que plene proſequitur qualiter monachi teneantur
hodie ſoluere decimas. et in quibus ſunt priuilegiati de cuius
materia etiam habetur. xvi. q. j. §. de his et hec gloſſ. habetur
per Innocen. ſ. ca. proxi. forſan errore ſcriptoris ſecundum
Ioan. andr.

1 ¶ Priuilegium laborum non extenditur ad poſſeſſiones
que traduntur alijs laborande.
2 Monachi quando dicantur colere ſuo ſumptu poſſeſſiōes.
3 Coloni partiarij et cenſuales priuilegiatorum ſimpliciter ſu
per decimis non ſoluendis tenentur decimas ſoluere de par
te ſua.
4 Eccleſia romana habet ſalinas in lombardia quidam emerūt
dictas ſalinas a dicta eccleſia et alibi portabant ſalem. peteba
tur ab eis pedagium an debeant ſoluere.

Licet. Priuilegiati ſuper decimis laborum
decimas ſoluunt de terris quas tra-
dunt alijs excolendas. nō diuiditur. ¶ Nota pri-
1 mo. † qꝫ priuilegium laborum non extenditur ad
poſſeſſiones: quas tradit alijs laborandas: nam licet ille qui
per alium facit ipſe facere videatur: vt. c. mulieres. in fin. j. de
ſen. ex. Tñ cum laborare concernat perſonam et ſudorē eius:
nō pōt quis p aliū laborare: vel ſudare. qꝛ alie ſunt ope vnius
qꝫ alterius. vt. l. nemo eſt qui neſciat. de duo. re. et. l. vnica. §. ne
aūt de cadu. tol. multa ſunt eñ que non poſſunt p alios expli
cari: vt laborare. Item predicare. vt. ſ. de offi. del. c. fina. iſtam
credo eſſe rationem huius interpretatiōis. eſt et alia. quia cū
de preiudicio tertij ſcilicet parochialis eccl'ie tractetur dꝫ pri-
uilegium ſtricte interpretari. vt verba ſonant. iuxta nota. in. Opponit in côtrarium.
c. dilectus. ſ. de dona. ¶ Opponi. et videtur. qꝫ de terra que
datur alij excolenda non debeat ſolui decima cum priuilegiū
conceditur ſub forma de qua hic. nam colonus qui recipit
partem fructuum: videtur colere ſomptibus monaſte. ꝓpter
partem fructuum: que ſibi debetur. vt. j. c. tua nobis. ſo. pars
coloni dicitur potius fructus: qꝫ lucrum ſubmittit enim illaꝫ
2 fortune et diuine miſericordie tūc ergo † dicantur monachi
colere ſuo ſumptu quando dat certum pretiū: vel certos bo-
ues pro cultura dato qꝫ nihil proueniat ex predio tunc enim
dicantur colere ſuo ſumptu. ſcđm Ioā. an. qui ita no. in dicta
cle. j. in glo. In priuilegio eñ. de colono ergo partiario dꝫ in
telligi iſte tex. Itē et de cenſuario ſecus ſi ſua pecunia vel re
alia fundus tollitur ad cōmodū monachorum: et diſpendiū.
3 vt dixi. vult ergo iſte text. † quod coloni partiarij ⁊ cenſuales
priuilegiatorum ſimpliciter ſuper decimis non ſoluendis te-
neantur decimas ſoluere de parte ſua: et etiam priuilegiati
de parte ſua. quia priuilegium non prodeſt eis. vt dicit litera
Ioan. tñ an. in preal. gloſ. dicit ponderanda eē verba priuile-
giorum. j. de priuile. porro nam ſi eximunt terras ipſorū ab
hoc onere coloni colentes illas priuilegio participant: ſi ve-
ro eximunt perſonas tunc licet illi de ſua parte non ſoluant:
coloni non exempti de ſua parte ſoluent. j. eodem. a nobis. et
xvi. queſtione prima queſti. Iſta ſunt verba gloſſe ibi que vi-
dentur cōtrariari in eo: quod dixi monachos de parte quam
percipiunt obligatos ad ſolutionem. ſed Io. an. loquitur cū
perſona ſimpliciter eximitur a ſolutiōe decimarum de terris
ſuis: quas ſuis ſumptibus ⁊c. nam illas quas tradūt alijs ex-
colendas non dicuntur colere ſuo ſumptu. vt predixi. ergo
4 ceſſat priuilegium. Et iſta notabis que induco ad. q. † eccle-
ſia romana habebat ſalinas in terris lōbardie modo qui- a ¶ Quidam emerūt. vid ancha. j. de cēſi. innoua mus.
a dam emerunt[a] dictas ſalinas ab eccleſia et alibi portabāt ſa-
lem: a quibus petebant pedagium illi dicebant nos emimus
ab eccleſia que non debet ſoluere. et videtur qđ bene dicant
per. l. rutilia. §. primo. de contrahen. empt. et. l. inuitus. §. cū
damus. de regu. iuris. In contrarium fuit determinatum nō
ob. contraria precalle. nam quandoqꝫ priuilegia coherent rei:
et tranſeunt ad emptorem. vt in contrarijs quandoqꝫ perſo-
ne. et tranſeunt vt in queſtione noſtra ſcđm dy. Bartol. dicit
qꝫ aut eſt

ꝙ aut eſt vectigal ordinarium:⁊ verum dicit dy. aut eſt extra
ordinarium quod non imponitur.l. ſenatuſconſul. vel con-
ſtitutione principis nam iſta dicuntur extraordinaria.ff.de
iur.immu.l.in honoribus.§.qui muneris.⁊ ab iſtis in immu-
tas tranſit ad emptorem.C.de priuil.a.li.x. Ita dicit bart.in
l.licitatio.§.mercator.ff.de publi. Et aduerte quia loquiť in
colono qui non habet ius in re:ſed precedens queſtio loquiť
in emptore in quem transfertur omne dominium ⁊ ius ven-
ditoris.facit.ſ.de iur.pa.c.j.li.vj. Et queſtio preceptoris mei
de feneratore contra quē quinquēnio preſcribitur:an teneať cō
tra eum qui ab eo habet cauſam. Et uo iſta nam domini ve-
neti vigore pactorum poſſunt licite ⁊ ſine datio.cōducere fru
mentum ⁊ omne bladium quod recolligunt de ſuis poſſeſ-
ſionibus in territorio paduano.an ergo ipſorum coloni vel
illi qui ab eis emerunt dictos redditus gaudebunt dicta im
munitate.argue ex predictis.

1 Interpretatio callida ⁊ maligna conſtitutionis non de
bet fieri.
2 Diſtinctio nominum deſignat diſtinctionem perſonarum:⁊
rerum.

Ad audientiam. Priuilegium de decimis laborum
etiam non noualia conprehendit.primo ponit pra
uam interpretationem:quā ſecundo reprobat:ibi
1 mandamus. Not primo ꝙ callida et maligna interpreta
tio conſtitutionis non debet fieri quod tamē cottidie faciūt
aduocati nō permittentes iura in ſua natura manere.C.man.
l.ab anaſtaſio in prin.⁊ p ſuas verſutias interpretationes ob
ſcuritates inducunt.in auť.cōſtitutio ꝙ ex aſcrip.⁊ li.ma ſ.rū.
coll.v.ꝙ reprobatur precipue in his: que ſpectant ad cultū
diuinum.ſ.de priuile.in his.vnde hier.non facile venia pra-
na digiſſe de rectis facit.l.fin.⁊ quod ibi per doc.ff.ad exhi.
Secundo not.ꝙ appel.laborum ſuorum ⁊c.latius pȝ: ꝙ
appellatio noualium.videbatur iſtis contrarium.quia noua
lia rediguntur ad culturam cū maior labore ꝙ terre alias cul
te.ergo de ipſis tanꝙ de dignioribus videbatur intelligen-
dum.ar.inſti.de iur.na.gen.⁊ ciui.§.ſed quoties.ſȝ contrariū
hic deciditur.quia reſtringere ita verba priuilegii non debe-
2 mus.C.de legi.l.ij. ꝙ naȝ diſtinctio nominū deſignat diſtinctio
nem perſonarum ⁊ rerum.xxv.di olim.⁊.l.ſi idem.C de codi.
nec debemus in dubio a verbis recedere:ſed intelligere pro
ut iacent ꝙꝙ ſint dura.ve.l.proſpexit.qui ⁊ aqui ⁊.l.j.§.ſi is q
nauem.de exerci.quandoꝙ tamen quis ſeruat verba.l.⁊ of-
fendit mentē.quod multipliciter contingit.ſ.de priuile.quā
do.⁊c.certū eſt de regu.iur.li.vj.facit.c.intelligentia.ſ.de ver
bo.ſig. Et circa iſtius articuli declarationem Dominus Jo.
de hgniano ſic dicit ꝙ quādoꝙ conſtat de mente legis per eā
autem legem vel aliam tunc ſtandū eſt ei.quandoꝙ non cō-
ſtat de mente legis.tūc ſi ſunt verba clara ſtatur verbis etiam
ſi ſint dura.xviij.diſtinc.in memoriam.⁊ dicta.l.proſpexit et.l
ille aut ille.§.cum in verbis.de legat.iij.quādoꝙ ſunt obſcu-
ra tunc ſi poſſunt talia verba declarari per alia iura debet ſie
ri.et ſic iura iuribus cōcordare.vt.c.cum expediat.de regulis
iur.l.vj.ſi iura deficiūt ſimilia ⁊ lex obſcura ſit certo modo in
terpretata:non eſt recedendum a tali interpretatione.vt.l.mi
nime.⁊.l.ſi de interpretatione.⁊.l.non poſſunt.de legi.ſi con-
ſuetudinis interpretatio deficit:recurrendū eſt de ſimilibus
ad ſimilia.vt dicta.l.non poſſunt.ſi ſimilia deficiunt:⁊ ſic vi-
deť rationum conflictus conſulendus videtur princeps.vt
ſ.qui ſi.ſint legi.per venerabilem.§.rationibus.⁊.l.humani.
de legi.de extenſione legis:etiam tangit hic minus perfecte
vide per Cy.in.l.ij.C.que ſit lon.conſue.nam ratio.l.extēdit
ipſam ad caſus ſimiles.ad quod vide quod not.in.c.j.de tem
po.or.li.vj.⁊.l.his ſolis.C.de reno.do.

1 Terra ſterilis ⁊ inculta ſi redigitur ad culturam eccleſia
in cuius parochia ſita eſt debet habere decimam.
2 Preſcriptio non currit contra habentem merum imperium.
3 Jura que volunt de rebus eccleſie fieri quatuor portiones
loquuntur de matricibus.
4 Predium ſi non reperitur deputatū alicui eccleſie parochia
li remanet in poteſtate epiſcopi.
5 Epiſcopus an debeat facere deputationem vel retentionem
ſine conſenſu capituli.

Quoniam. Decime noualium deben
tur eccleſie in cuius inſur-
gunt parochia:ſi vero non ſunt in certa pochia
dioceſano debentur.communis diuiſio.ſecunda ibi reſpon-
demus in qua diſtinguit:⁊ ſecundum membrum pſequitur.
1 ibi:alioqn. Not.primo ꝙ terra ſterilis ⁊ inculta ſi rediguť
ad culturam:eccleſia in cuius parochia ſita eſt:debet habere
decimam.⁊ ſi dicis quomodo hoc nam ſi nunꝙ decimam ex
ea percepit: videtur ſibi obſtare preſcriptio magne illa tan-
ti temporis:cuius contrarii memoria non exiſtit.vt.c.j.de p-
ſcrip.li.vj.ſed dic ꝙ ceſſat preſcriptio vbi ille cui ius competit
agere non poteſt:cum ceſſet materia ſuper qua experiatur.⁊
2 pro tanto dicit inno.ꝙ contra habentem merum imperiū
non preſcribitur ſi centum annis nō occurrit caſus:quo poſ-
ſet dictum imperium exercere.ſ.de cap.mo.dilectus.⁊.c.qua
liter ⁊ quando.de accu.pȝ etiā verum eē quod no. Jo.an.ſ.
de de.contu.c.iohannes.vbi dicit ꝙ contra leges multas ꝙ i
preterito non occurrūt:nō preſcribitur.ſed hodie vterentur
ſi caſus contingeret idem not.cy.in.l.ij.C.que ſit lon.conſue.
ad hoc optime.l.arboribus.§.nam ⁊ ſi arg.ff.de vſuf.ex quo
tex collige rationem hic primi riſi. Secundo not.ꝙ quā a
a doꝙ dubitatur intra cuius parochiam ſit ſitū predium:ꝙ ex
quo debetur decima ſimiliter dubitatur de cuius territorio
ſit locus vbi delictum eſt commiſſum.⁊ tunc qs ſit iudex dic:
vt.c.ſuper literis.ſ. de reſcrip.dubitatur etiam cuius ciuita-
tis ſit ciuis de quo in.l.de iure.ff.ad muni. Tertio not.ho
3 ſti.ꝙ iure quo volūt de reb' eccleſie fieri debere.iiij.portiōes.
xij.q.ij.quatuor loquuntur de matricibus in capellis cū ſal-
ua portione epi omnia ſunt rectoris vt hic.⁊.ſ.c.cum contin-
4 gat.⁊.ſ.de pac.plerique. Quarto not.ꝙ quid iuris cum ali-
quod predium reperitur non deputatum alicui eccleſie paro
chiali remanet enim in ptāte epiſcopi.nam ⁊ ſi cuius ſit paro
chie dubitetur tamen.ſ. dioce.exiſtere certum eſt idē dicim'
in territoriis ciuitatum vt ſi intra ipſa ſint paludes:paſcua:⁊
montana que non conſtat eſſe alicuius erunt illius ciuitatis:
que iuſtis intra territorium habet fundatam intentionem
ſuam de iure cōi.ſ.c.dudum.⁊ quod no. Inn.ſ.iureiurā.ni-
mis.dicit tamen Jo.an.q' ſi conſtaret noualia eſſe inter alte
ram duarum pochiarum:ſed neſcitur intra quam illarum.q2
illo loco in quo inſurgit nouale non apparent limites:ſȝ he
ne apparēt in locis vicinis inter illas deberet fieri diuiſio.ar.
ſ.de ſepul.c.cum quis.§.j.li.vj.ſecūdum hoc reſtringitur igiť
iſte tex.ad caſum quo locus iſte dubi' nō erat ſitus iter duas
parochias. Querit Joan and.ꝙ an iſtam deputationē vel
5 retentionem debet facere epiſcopus de conſenſu capli.guil.
na.ꝙ ſic.ſ.de his que ſi.a p.tua.de dona.paſtoral.nam iſta ē
quedam alienacio.xij.q.ij.ſine.Jo.de deo.cōtra.cū nulli ec
cleſie auferat:ſed acquirat de his que ſi.a p.cum apoſtolica.
item q2 non haberet alias liberam optionem retinendi.naȝ
eſt in eius arbitrio deputare alteri vel retinere vt ſequitur.
videtur tamen hoſti.not.illud vel epiſcopi accipiant p ideſt.
videlicet ſed ꝙ ſemp penes ſe retineāt.nā ſibi omnia vēdicāt.
6 xciij.di.diaconi. Secundo querit poſt Hoſti.ꝙ de decima
quam miles tenebat intra limites alicuius parochie quā ad
exhortationē epiſcopi renunciauit in ipſius manibus:cui cō
petat:an epiſcopo:an eccleſie parochiali.dicit per hoc.c.ter-
minarique epiſcopus habebit partem ſuam.reliquum paro-
chialis eccleſia.de cen.cū olim.ſunt enim quaſi partiarii epi-
ſcopus:⁊ rector.ergo damnum ⁊ lucrum pro rata ſentire de
bent.ff.loca.l.ſi merces.§.apparet.⁊ de verbo.ſig.cū inter.et
vt credo epiſcopus nō poſſet expreſſe recipe iſtā renūtiatio
nem ad ſuum cōmodum.nam ⁊ ſi renūtiatio fiat in eius ma-
nibus:vt alteri concedatur:dȝ epiſcopus auctoritatem inter
ponere vt dicto.c.cū apoſtolica.pro ſe autem interponere p
hibeť:ne ſit auctor i re ſua.vt de.ſi vna.de re.ec.nō ali.ſȝ dices
etiā i caſu pmiſſo habet partem.vt dixiſti.⁊ tamen renūtia
tio in eius manibus facta:tȝ.ſed dic ꝙ eius portio tunc ve-
nit incidenter:⁊ in conſequentiam.⁊ ſic auctoritas eius p hoc
non impeditur.ar.l.j.de auc.tu.⁊ vide quod ibi not.⁊.l.q te-
ſtamēto.ff.de teſta. Tertio quero ſi ille miles vult ꝙ talis
decima acquiratur epiſcopo:⁊ ꝙ nihil habeat pochialis ec-
cleſia.quod erit remedium.dicit Hoſti.ꝙ miles det decimā
epiſcopo auctoritate metropolitani ipſo epiſcopo ⁊ capitulo
conſentientibus quo caſu epiſcopo in totum competeret dū
modo ſuit ſeruata forma:de qua in.c.cum apoſtolica.§.quia
vero.de his que ſi.a pre.⁊ forte ſecundū Hoſti ſufficeret ſo-
lus conſenſus capituli ar.de dona.c.paſtoralis.ſicut ⁊ ſufficit
cōtentorū.de auc.tu.pupillus.quod eſt verum:quando publi
ce.ſi autem clandeſtine:⁊ ſine predictorum auctoritate non p
iudicet eccleſie de admi.tu.l.non exiſtimo.de offi.dele.con-
ſuluit.cum ſi.epiſcopus vero non ſiet actor in propuo nego
tio:de quo in.c.de.ſi vna.de re.ec.non alie.

Sit ſitū pdiū.vide bal.de cōſeſ ſi.l.j.C.

Ponit queſtiones.

1 ☞ Decime ex precepto dei ſunt ſoluēde: ⁊ ab eo inſtitute.
2 Decime exiguntur quaſi debitum.

1 PArrochianos. No. p̄rio ꝙ decime
ex p̄cepto dei ſunt
ſoluēde: ⁊ ab eo inſtitute quod eſt verum quo ad
primeuam inſtitutionem. poſt modum enim pre
ceptum fuit ſub lege ab ezechia rege vt patet. ij paralipome
non. xxxi. ⁊ tempore gratie a principibus eccleſiaſticis: ⁊ ſecu
2 laribus. de quo. j. e. a nobis. ſm Hoſti. ℂ Secundo not. ꝙ
decime exiguntur quaſi debitum. ⁊ illud quaſi eſt quaſi expſ
ſiuum veritatis: ſecundum glo. vel ideo dicit quaſi quia vere
debitor alicuius eſt ille: qui cum eo contrahit. ſed parochia
nus ad decimam non tenetur ex contractu inito cū prelato.
quia cum eo non contraxit: ſed dicitur quaſi contrahere eo
ipſo ꝙ laborat predium vel habitat in illius parochia. facit
inſti. de obli. ex quaſi contrac. per totū. ⁊ vide que circa hoc
nota. Barto. in. l. j. ff. ſi cer. pe. vbi tractat quis dicatur cre
ditor: quis debitor.

1 ☞ Abbas non poteſt concedere decimas in feudum.
2 Sanctuarium non debet iure hereditario poſſideri.
3 Abbas vel alius p̄lat' an poſſit cōcedere decimas ad firmā.

AD hec. Decima laico hereditario iure tenē
da concedi non poteſt. ℂ Not. pri
1 mo ꝙ abbas non poteſt cōcedere decimas in feu
dum: nec etiam alias poſſeſſiones monaſterio. vt
ſ. de feu. c. j. ⁊ ij. ⁊ vide de poteſtate abbatum ⁊ capitulorum
ſuper talibus conceſſionibus eis prohibitis: vel conceſſis. vt
2 no. j. de re. ec. non alie. c. j. in cle. ℂ Secūdo no. ꝙ ſanctuariū
non conuenit iure hereditario poſſideri. de quo. ſ. de fi. preſ
by. ad extirpandas. ⁊ de inſti. ad decorem. de alijs regnis: p̄n
cipatibus: imperio: dic: vt not. vij. q. j. in apibus. ⁊. c. moxes
Ponit queſtiones. ⁊. ſ. de elec. venerabilis. ⁊ de voto. l3. ℂ Quero an abbas vl'
3 alius prelatus poſſit laico concedere decimas ad firmam: ſi
ue ad tempus: videtur ꝙ ſic. vt. ſ. de loca. c. ij. ⁊ quod not. io.
an. ſ. de his que. fi. a prela. cū apoſtolica. ⁊ ratio differētie ē
quare magis poſſit ad modicum tempus: ꝗ̄ ad vitam quia
ad longum tempus ſi fiat cōceſſio transfertur vtile dominiū
ſed non ita ſi ad modicū tempus. de quo dic: vt in dicta cle.
j. ⁊ aduerte. quia tex. dicit ſanctuariū ⁊c. ſecus ergo ſi nō ſan
ctuaria: ſed religioſa. quia tunc ad ſucceſſorē tranſeūt: vt ſe
pultura. vt. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. Itē ſecus de annexis re
bus ſacris. vt ius patronatus. de quo in. c. quāto. ſ. de iudi.
que ad hoc. c. reſtant dicam. j. e. c. ꝗ̄uis ſit.

1 ☞ Iudei tenentur ſoluere decimas prediales.
2 Poſſeſſor predij tenetur alternatiue ad duo. aut decimā ſol
uere: aut predia dimittere.
3 Iudei ſunt capaces poſſeſſionum: ⁊ poſſunt acquirere rerū
dominia.
4 Prouincia ſi a ſaracenis occupata fuerit ⁊ per tantum tem
pus poſſeſſa cuius initij non exiſtit memoria. ſi poſtea ad fi
dem conuertantur an teneantur ſoluere decimas.

1 DE terris. Iudei cogūtur prediales de
cimas ſoluere: aut p̄dia illa di
mittere. ℂ No. primo rationem quare iudei te
neantur ſoluere decimas prediales: ne forte oc
caſione illa ⁊c. que ratio idem infert in decima p
ſonali: nam ſi in domo intra parochiam ſita habitaret xp̄ia
nus offert in eccleſia ⁊ decimas perſonales ſolueret. quia er
go ex habitatione iudei non debet eccleſia dānum pati: dice
a ℂ Ad duo. mus. ꝙ iudeus etiam teneatur. quod tenent doc. j. de vſur.
vide. l. cum 2 quanto. vbi de hoc videas. ℂ Secundo not. ꝙ poſſeſſor p̄
fructuari'. a dij tenet alternatiue ad duo: ᵃvcʒ vel decimam ſoluere: vel p̄
ff. de vſufr. dia dimittere. videtur ergo poſſeſſor predij liberari ab one
cum doc. re reali: eo ipſo ꝙ vult predium dimittere. quod intellige p
futuro tempore: non preterito de quo ar. alibi dixi: ⁊ remiſi
ad no. per Bart. in. l. ſi is cum quo. de aqua plu. arcē. ℂ Ter
3 tio colligit ꝙ iudei ſunt capaces poſſeſſionū ⁊ poſſunt acq
rere ſibi rerum dominia. de quo per Inno. j. de voto. quod
ſuper. vbi quid iuris de his que poſſident ſaraceni: ⁊ paga
4 ni circa quos queritur. prouincia anglie olim tota fuit ſara
cenorum poſſeſſa tanto tempore ab eiſdem ꝙ non eſt me
moria in contrarium in partibus illis ad fidem cōuerſis ha
bent etiam ſaraceni: ⁊ predia poſſident. quero an teneans
tur ſoluere decimas. videtur ꝙ non. quia nunꝗ̄ ſoluerunt.
Item quia terre ille ſemper fuerunt ſaracenorum. p hoc vl
timo facit de vſur. quanto. ad fi. ſumpto ar. contra. a contra
rio ſenſu. contrarium tenet Old. q2 decime ſunt tributa. xvi.
q. j. decime. ergo a quolibet poſſeſſore ſunt ſoluende. j. e. pa
ſtoral. C. ſine cen. vel re. l. ij. ⁊. iij. non enim refert a quo terra
excolatur. vt hic. ⁊. C. de an. ⁊ tri. l. j. li. x. immo dominus terre
eſt per cenſurā eccleſiaſticā cōpellend' vt talibus terras ſuas
det excolendas: que ſine difficultate eccleſijs decimas ſoluāt
vt. j. eo. in aliquibus quod. c. videtur. q. dirimere maxime ſe
cundum Inno. qui exemplificat in ſaracenis non ob. ꝙ non
fuerunt vnꝗ̄ ſolute. quia non ob. conſuetudo in decimis p̄
dialibus: vt plene. per Io. an. j. c. in rubrica. li. vj. non ob. ꝙ
terra iſta fuerit ſemper ſaracenorum. quia non eſt verum im
mo totum quidquid eſt citra mare fuit chriſtianorum. vnde
ex quo recuperata eſt: debet redire ad priſtinam naturā. ff.
de relig. ⁊ ſump. fu. l. cum loca. vij. q. j. paſtoral. ⁊ poſito ꝙ nō
fuiſſet chriſtianorum: poſtꝗ̄ tamen eſt ad fidem conuerſa: dʒ
regi lege diuina per quam ſunt decime inſtitute. vt. ſ. c. pro
xi. non ob. c. quanto. ar. inde ſumpto a contrario ſenſu q2 va
cat cum adduceret contrarietatem in parte vel peccatum. vt
l. conuenticulā. de epi. ⁊ cle. ⁊ ita old. xcvij. conſilio.

1 ☞ Offenſa dicitur maior in culpis quando ad excuſationē
ipſarum authoritas vſurpatur.
2 Vita ſubditorum corrumpitur exemplis prelatorum.
3 Eccleſie: decime ⁊ alia ſp̄ualia non ſunt laicis concedēda.
4 Laicus conuerſus ⁊ religioſus poteſt habere eccleſiam.
5 Decima ⁊ oblatio prohibentur concedi laico.
6 Oblatio eſt triplex.
7 Fructus decimarum an poſſint concedi laicis. ꝙ ſic.
8 Laicus poteſt eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus.

QUauis. Punitur prelatus qui laicis
concedit oblationes: vel de
cimas. ⁊ in prima ponit conſilium ⁊ factum re
prehenſibilia. ſecunda penalem huius prohibi
tionem. ibi: ſtatuimus. ℂ Not. primo in v. ma
1 iorem. ꝙ maior eſt offenſa cum in: culpis ad excuſationem
ipſarum auctoritas vſurpatur. concor. de exce. prela. inter di
2 lectos. ℂ Secundo not. ꝙ exemplis prelatorum corrum
pitur vita ſubditorum. concor. j. de voto. magne. vnde hier.
timendum eſt: ne quos duces recti itineris habere nos credi
3 mus: eos comites habeam' erroris. ℂ Tertio not. ꝙ ecde
ſie: decime: ⁊ alia ſpiritualia non ſunt laicis concedende. an
autem de neceſſitate diſpenſari poſſit: ꝙ laicus teneat eccle
ſiam remittit Hoſti. ad no. ſ. de eta. ⁊ qua. c. ij. ℂ Quarto no
ta ꝙ iſta prohibitio conceſſionis habet locum in laicis in ſe
4 culo remanentibus. a contrario ergo ſenſu. laicus cōuerſus
⁊ religioſus poteſt habere eccleſiam. de re. ec. non ali. poſſeſ
ſiones. quod poteſt intelligi de eccleſia rurali ⁊ ſine cura: qua
ſi ad ſuſtentationem vel pro tanto dicit in ſeculo remanenti
bus ⁊c. quia hoſpitalarijs ⁊ templarijs eccleſie ⁊ decime co
tidie conferuntur. ⁊ habent ipſas ſecundum Hoſti. pe. ⁊ ab.
j. eo. dudum. ſed illa conceſſio ſiue collatio potius fit ordini:
ꝗ̄ perſonis ar. de iur. pa. illud. de do. conſultatiōibus. de an
nu. leg. l. annua. de re. du. l. cum bus. neceſſe tamen eſt illo caſu
quod regimē eccleſie habeant clerici ⁊ non laici: per iura que
allegat prima glo. ad idē. x. q. j. quia ſecūdum Io. an. ℂ Qui
5 to no. ꝙ decima ⁊ oblatio pariter prohibentur concedi lai
co. ⁊ per iſtā equiparationē decime ⁊ oblationū arguit Io.
an. ꝙ ſicut decima eſt in precepto: ita ⁊ oblatio dicit tamē ad
6 uertendum ꝙ triplex eſt oblatio. prima eſt donatio inter vi b ℂ De p̄ma
uos facta deo vel eccleſie. ſecunda eſt donatio cauſa mortis ſ ⁊ ſcd̄a exē
vltima voluntate tertia eſt vſualis: quam fideles faciunt ad plū. habes
b altare vel ad manus ſacerdotis. de prima ⁊ ſecunda ᵇnon du de his duo
bitatur ꝙ a principio ſunt volūtarie: ex poſt facto neceſſarie. bus p albe.
vt. l. ſicut. C. de ac. ⁊ obli. de tertia dubitatur an ſit voluntaria ſ. l. oia p̄ui
an neceſſaria. ⁊ videt ꝙ ſit debita. xxxij. di. preter hoc. de con legia. C. de
ſe. di. j. omnis. vbi de hoc per archi. Ray. tenet iſtas non debi epi. ⁊ cle.
tas. vt poſſint exigi ab inuitis. ad qđ facit exodi. xxv. in p̄n.
niſi cum ſacerdos eſt pauper. vel ſi ſit de hoc laudabilis con
ſuetudo: ad cuius obſeruantiam debet epiſcopus compelle
re populum: non ſacerdos. de ſimo. ad apoſtolicam. Idē ſan
ctus thomas ſecūda ſecūde. q. lxxxvi. articulo primo. de quo Opponit in
plene per Hoſti. in ſumma de parochijs. ꝑ. in quib' vbi etiā cōtrarium.
inuenies ꝙ quando epiſcopus celebrat in eccleſia cathedrali
vel alia: ſpectant ad ipſum. v. quid ergo ſi epiſcopus. ℂ Op.
⁊ videtur. ꝙ laici poſſint decias poſſidere. nam olim daban
tur laicis in feudum: quare ergo non hodie. ſol. quia ceſſat
hodie

a ¶ Cõceſſas vero vide ſ̄ bis decimiſ quas ex an tiq̄ feudo lai ci poſſident ſeu q̄ poſſi ſ̄ re poſſiue p albe.in.l. inter anti quaꝫ.C.de vſufruc.

hodie cauſa q̄ olim erat cauſa conceſſionis.ſ. ſciſma: oppreſ‑
ſiões eccleſiarum ⁊ ſi. ⁊ ideo quia eccleſia plus laicorum non
indiget auxilio: emanauit concilium. ꝙ de cetero concedi nõ
a poſſint: conceſſas vero[a] ante concilium poſſint laici licite re‑
tinere quando autem fuerit celebratum hoc conciliũ ⁊ quid
iuris ſi non conſtat conceſſionem factam laico emanaſſe an‑
te concilium vel poſt. dic: vt not. ⁊ dixi. ſ̄. de his que fi. a pre‑
7 la. cum apoſtolica. ¶ Querit glo. magna. Tvtrũ fructus de
cimarũ poſſint concedi laicis. dicit ꝙ ſic ex cauſa in tempus
vite ſue. nam etiam vendi poſſint ad tempus. ſ̄. de loca. c. ij
per talem tamen venditionem ⁊ conceſſionem non transfer‑
tur in laicum ius ſpirituale: ſed mera facultas facti ſcilicet p‑
ceptionis fructuum: nam meri facti exercitiũ ſine titulo: he
8 ne cadit in laicum. Tpoteſt enim eſſe procurator in cauſis ſpi
ritualibus. ſ̄. de procura. c. i. li. vi. ⁊ quod not. ſ̄. de preben. ac‑
cedens. ⁊. ſ̄. de ſen. ex. c. clericos. nam ⁊ de iure ciuili etiaꝫ hoc
habemus. ꝙ ius quod quis habet: non poteſt a ſe totaliter
abdicare: ⁊ in alterum transferre: ſed bene commoditatẽ vẽ
di. vt. l. neceſſario. §. ſi. ff. de peri. ⁊ commo. rei ven. nã aliud
eſt vendicare fructum: aliud ius fruendi. vt in exemplo gloſ.
de vitulo fetu vacce. ſed inſtabis: ⁊ dices nomine fructus q ex
re ſpirituali percipitur eſt pars ipſius videtur ꝙ ſic. ſicut fru
ctus eſt pars fundi. vt. l. iiij. ff. de vſu. ſꝫ reſponde ꝙ pars rei
aliter ⁊ aliter accipi. vt not. Barto. in. l. qui vſumf. ff. de ver‑
bo. obliga.

1 ¶ Locus habitationis ⁊ domicilij attenditur quoad iuriſ
dictionis exercitium: non predium.
2 Unus de vno epiſcopatu non debet ſoluere decimas in alte
ro epiſcopatu.
3 Coloni partiarij qui excolũt predia in altera parochia de p‑
te ſua cui eccleſie teneantur ſoluere decimam.
4 Eccleſia predialis non debet pati dãnum propter locationẽ
predij factam alteri etiam priuilegiate perſone.

Um ſint homines.

Statur conſue‑
tudini an colonus decimam ſoluat eccleſie in cu‑
ius parochia ſitum eſt predium: an illi in qua per
cipit ⁊ audit diuina. ⁊ in prima conſultatio. In ſe
cunda reſponſio. ibi: ſane. ¶ Not. primo. ꝙ quandoq; quis
habitat in vna parochia: ⁊ in alia colit predia. ⁊ dicit Jo. an.
ꝙ illud contingit in cultoribus vinearum circa bononiam. q
vt plurimum manent in ſuburbijs ciuitatis. ¶ Secũdo no.
ꝙ papa reputat iſtam. q. difficilem: quis locus conſyderetur
in ſolutione: an locus more: an locus predij ad iuriſdictõis ex
1 ercitium non videtur dubium. Tꝙ locus habitationis ⁊ do‑
micilij attenditur: non predium vt. l. libertus. §. ſola. ff. ad mu
2 nici. ¶ Tertio nota. ꝙ papa reputat abſurdum. Tꝙ vnus
de vno epiſcopatu ſoluat decimam in alio epiſcopatu. quia
ex hoc reſultat cõfines terminorũ magis. turbari qꝛ vno atte
r tato facile vſurpantur alia. ſ̄. de reli. do. c. i. ¶ Quero que fuit
ratio difficultatis in illa. q. glo. non tamen ⁊c. de hoc tractat
⁊ ſubdit ꝙ ſolutio erat facil. quia pſonales dande ſunt vbi
ſita ſunt predia. ⁊ cum iſta ſolutione glo. pertranſeunt antiq
⁊ moderni. qui ſecundum Jo. an. non viderunt dubiuꝫ. nec
credendum eſt dubium ita clarũ per multa iura fuiſſe viſum

r. Ponit que ſtiones.

3 pape difficile fuit ergo probabil. dubitatio videlicet Tquia q̄
ſtio fuit propoſita de illis qui excolunt terras in aliena paro
chia ⁊ colunt predia aliena et partem fructuum recipiunt p
cultura puta tertiam vel dimidiam. ⁊ ſic ſunt coloni partia‑
rij de quibus probabiliter dubitatur cui eccleſie ſoluere tenẽ
tur: an ſue: vbi hñt domiciliũ: an vero eccle. vbi ſitũ ẽ pdiũ
ex quo ptẽ fructuum pcipiũt. ⁊ pro eccl'ia ſua parochiali ar‑
guit. q: videt ſibi puenire ex opa culture. ⁊ ſic decimabit: vt p
ſonalis. nam ſi aliud diceremus eccleſia parochialis frauda‑
retur: que nullas perciperet perſonales decimas de labore
ſui parochiani: qui forte aliud opus non facit. Iteꝫ ſingulis
diebus: menſibus: vel annis iſte reciperet partem operaruꝫ
illius pretij daretur decima eccleſie parochiali. ſic videtur de
hac parte que pro toto anni labore percipitur. ⁊ licet ſimul p
cipiat: tamen videtur diebus ſingulis percepiſſe. vt. l. diuor‑
tio. §. non ſolum. ſo. ma. ibi toto tempore quo curantur non
quo percipiuntur rationem accipere debemus. agitur enim
hic de lucro promouente ex opera manuum coloni: de quo
patet deberi decimam eccleſie parochiali: vbi audit diuina.
In contrarium ꝙ debeatur eccleſie prediali que de omni fru
ctu recollecto. ſ̄. ſuos limites debet habere decimã non dedu
ctis expenſis. vt. ſ̄. c. cum ſ̄ homines. ſi ergo diceremus colo‑
num de parte ſua fructuum teneri eccleſie factam eccleſia p‑
dial' non haberet integram decimam. nam propter locatio‑
nem predij factam alteri etiam priuilegiate perſone: eccleſiã
4 predial' non haberet integram decimã. Tnam propter loca‑
tionem predij factam alteri etiam priuilegiate perſone: eccle
ſia predialis non debet pati dãnum. vt. ſ̄. c. in aliquibus. ⁊. ſ̄.
c. dilecti quid dicendum rñ. Inno. ⁊ Hoſti. ſ̄. c. tua nobis. di‑
cunt. ꝙ aut loquimur in colono partiario: vel qui recipit cer
tas menſuras: vel in eo qui colit numis redigendis ex fructi
bus qui naſcentur ⁊ non aliter. aut loquimur de colono qui
ſimpliciter numis colit: ⁊ ſibi debentur non attento naſcant
fructus. vel non. primis caſibus dicunt vnam ſolam decimã:
⁊ predialem deberi. ratio eſt. quia omnes fruct[9] ſunt decimã
di anteq̃ diuidantur ſine deductione expenſarum. ſ̄. c. tua. ij.
r. ⁊ de cunctis. cũ ergo ſemel. ſint decimati: nõ debent amplius
decimari ab his ad quos ex debito perueniunt: ſicut ſunt co
loni. ſ̄. c. paſtoralis. §. ſ̄. nam iſte colonus partiarius: vel quo‑
ti percipiens ſine numis colens ex fructibus tantummodo
redigẽdis ſubmittit mercedẽ ſuã fortune: ⁊ dei miſericordie
vnde portio illa potius dicitur in fructu: q̃ in lucro conſiſte‑
re. Secũdo vero caſu principali cum colit numis vel pro tot mẽ‑
ſuris frugum ſiue redigantur ex predio laborato: vel nõ. tũc
debet colonus decimam ſoluere non eccleſie prediali: ſed ſue
parochiali: vbi percipit diuina. et hoc caſu videtur loqui. xvi.
q. i. queſti. ⁊. ff. de contrahen. emp. l. ſi. nam hoc caſu lucrum ⁊
merces coloni ex opera manuum ſuarum prouenit: non ex
fundo ex quo mercedem illam habere debet: etiaꝫ ſi fundus
ſit omnino ſterilis. perſona enim domini dicto caſu eſt ſibi p
ſonaliter obligata ad mercedem. ⁊ ita tenent Inno. ⁊ Hoſti.
niſi vbi eſſet contraria conſuetudo que eſt ſeruanda: ſi de ea
conſtet. vt hic. ⁊. ſ̄. c. apoſtolice. Jo. an. dicit ꝙ ſi de conſuetu‑
dine non apparet pars coloni deberet bis decimari primo
eccleſie prediali: in reſiduo eccleſie parochiali in prima nõ de
trahet ſumptus: in ſecunda detrahet. ſ̄. eo. paſtoral. adducit
ſimile ſi pro ſalario doctrine: vel aduocationis das mihi fru
ctus predij tui. nam parochialis predij habebit illorum fru‑
ctuum predialem decimam relique partis: que eſt mihi lu‑
crum perſonale parochialis domicilij habebit decimam. pro
hoc facit quod not. Hoſti. ſ̄. eo. tua. ij. vbi dicit. ꝙ ſi colonus
de aceruo non decimato donet mihi. x. corbes illud bis deci‑
mabitur primo eccleſie prediali. ⁊ reſiduum iure parochiali:
ſicut de eodem legato dantur due canonice. ſ̄. de teſtamẽtis.
c. ſi. ⁊ quod no. Jo. an. poſt Hoſt. ſ̄. de fer. licet. ſuper glo. ſi. ⁊
dicit Jo. an. ꝙ licet hanc opi. credat conuenire iuri ⁊ equita‑
ti. quia tunc non ſeruatur ſtari poteſt ſatis probabiliter huic
dicto. Inno. ⁊ Hoſti. pro quo facit quia ſi ipſe dominus cole
ret fundum ſuum: nec aliud opus faceret: non eſt tamen repe
rire ꝙ partem illorum fructuum decimet vt lucrum. hinc ta‑
men rationem ſecundum Jo. an. poſſet reſponderi per. c. dile‑
cti. ſ̄. eo. ⁊ quod ipſe not. ſ̄. eo. non eſt. in glo. iſte ſunt. Ego di
co ꝙ ſi quis conducit ⁊ colit predia cauſa negotiationis vt i
partibus meis viterbij: cornet: ⁊ alijs ibi locis maritimis in
quibus dictum caſtrorum ciues ⁊ alij colunt predia aliena:
vel ibi venalia animalia conducunt ad paſturandum videtur
enim ꝙ ſi bladum poſtea ad portum vendunt de dictis pre‑
dijs recollectum ⁊ decimatum de pretio inde habito ꝙ vltra
omnes expenſas ſupereſt: debeant ſoluere decimaꝫ perſona
lem: vt de lucro idem de animalibus predictis. ad hoc. ſ̄. eod.
paſtoralis. cum enim negotiatio poſſit in his conſiſtere: et
conſiſtat frequentius q̃ in emptione domorum cauſa nego‑
tiationis: ſicut de illis venditis ſoluitur decima perſonal. vt
dicto. c. paſtoralis. ita de predictis fructibus quos vendunt.
ſecus forte ſi colonus colit non cauſa reuertendi fructus: ſed
pro ſe ⁊ ſuo vſu. ⁊ ita procedat opi. Jo. an. quam ad hanc di‑
ſtinctionem. equitati ⁊ iuri etiam conformẽ coadapto.

1 ¶ Laici dicuntur detinere decimas cum periculo aiarum.
2 Pena priuationis ſepulture infligitur nõ ſoluenti decimas.
3 Laici an poſſint transferre in laicum decimas quas tenent in
fundum ab antiquo cum conſenſu epiſcopi.

Rohibemus.

Ponit prohibitio‑
nem cum penam ſub
1 dit. ibi: ſi quis. ¶ No. primo. Tꝙ laici dicuntur de
tinere decimas cum periculo animarũ. quod quã‑
do ſit verum dic vt in glo. ⁊. ſ̄. de his que fi. a prela. cum apo‑
ſtolica. ¶ Secundo not. ꝙ dicit aliquo modo ⁊c. per quod
ſignum vniuerſale propter negatiuam precedentem compre
hendit omnem modum translationis: infeudationis: dona‑

tionis:vendicatiõis:permutationis:⁊ his ſimiles.facit.ſ.de
2 re.ec.non alie.nulli. ¶ Tertio no.ꝙ penam priuationis ſepul
ture in vita.alios caſus vide.ſ.de ſepul.c.ex parte.⁊ aduerte
quia priuatur niſi reddiderit in vita.quod intellige etiam ſi
per heredes hoc fieri iubeat.nec ob.ſ.de ſepul.c.ſi.quia iſte
eſt caſus ſpecialis quo non ſepelietur:niſi prius reddatur.vt
ſic verbum reddiderint hic poſitum intelligatur cum effectu
de de.non reſi.relatum ſicut ⁊ alij caſus.de torneã.c.j.cum ſi

Ponit queſtiones.

milibus. ¶ Querit gloſ.dicitur hic ꝙ laici decimas quas de
tinẽt cum anime periculo non poteſt transferre in alium lai
3 cum. ¶ ſed nunquid cum conſenſu epiſcopi decimas quas te
nent in feudum ab antiquo poſſint transferre in laico.ſ.glo.
tenet ꝙ ſic.pro qua facit iſte tex.qui probibet tranſlationem
illarum quas detinent cum periculo animarum:a contrario
ergo ſenſu ſi ſine periculo animarum detinẽt videtur ꝙ trãſ
ferre poſſint. Hoſti.dicit ꝙ tutius eſt tenere contrarium pro
quo.ſ.eo.ad hoc ⁊.c.quis.⁊.j.eo.tua nobis ⁊.c.vlt. pro hac
etiam opi. Hoſti.adducunt petr.⁊ Ab.decre.cum apoſtoli
ca.de his que ſi.a prela.nam ſi ibi ſpecialiter concedit.ꝙ ha
bens decimam in feudum ab antiquo poſſit eam concedere
alteri eccleſie de conſenſu epiſcopi.ergo niſi eccleſie conceda
tur conſenſus epiſcopi non ſufficit non ob.iſte tex.cum ani
marum periculo ⁊c.quia ſubaudiendũ eſt regulariter ꝗuis
interdum ⁊ ſine periculo ipſas detineant.ſ.ab antiquo con
ceſſas pro hoc etiam facit.quia ſi feudum eſt tale in quo non
ſuccedant:niſi filij facile eſſet vaſallo non habenti filios eccle
ſiam fraudare. Idem videretur de vaſallo qui intẽderet felo
niam facere contra eccleſiam.de qua.j.de penis.in quibuſdã.
vel aliam propter quam debent perdere feudum. Ita dicit
Joã.an.qui etiam ponit ſuper hoc opi. Inno.nil firmantis
ſed bona.tenet cum Hoſti.⁊ alijs.

1 ¶ Populus tranſlatus an habeat illa priuilegia ⁊ immu
nitates:que erant eis indulta in loco vnde deſcendunt.
2 Parochianus alterius quid efficiatur per habitationem.
3 Decime perſonales dantur eccleſijs in qua quis percipit ec
cleſiaſtica ſacramenta prediales eccleſie prediali.
4 Conſuetudo attendenda eſt circa perceptionem decimarũ.
5 Decime animalium an computentur inter reales:an inter p
ſonales.

A apoſtolice.

Decime perſonales debentur eccleſie pa
rochiali:prediales eccleſie i cuius parochia ſitum ẽ
prediũ.niſi aliud habeat conſuetudo.⁊ in prima
conſultatio. In ſecunda reſponſio.ibi:noueris. ¶ Not.pri
mo.ꝙ populi transferuntur quandoq; de loco ad locum.et
dicit ab.ꝙ ſepe hoc contingit in vngaria:vbi vngari ponunt
aliqua lignea edificia in vna dioceſi:et poſtea ſe et talia
edificia transferunt ad alias dioce.⁊ in iſta trãſlatione poſſet
1 contingere dubium ꝙ an populus ita tranſlatus habeat illa
priuilegia ⁊ immunitates:que erant eis indulta in loco vnde
deſcendunt tetigi.ſ.de paro.c.ſi.facit quod not. Inno.in.c.j.
j.de no.oper.nũ.an autem ſine ſuperioris auctoritate poſſet
iſti populi pulſi:vel ſponte recedentes de ꝓprio lare poſſint
ſibi conſtituere ciuitatẽ.dic:vt not. Bar.in ſi.C.de colle.illi.
⁊ tetigi in.c.dilecta.de exce.prela. ¶ Secundo not.ꝙ quan
doq; inter duos prelatos vertitur contentio cui ſubſint ali
qui:⁊ quis tūc debeat cognoſcere de hoc.⁊ cui interim illi de
beant obedire.dic:vt no.in ſi.i.l.de iure.ff.ad muni.facit.c.cũ
contingat.cuꝫ ſi.ſua.ſ.de reſcrip.l.ſi is a quo.ff.de rei vẽ.
2 ⁊.c.veniens.j.deſpon.⁊.l.ſi.C.de pe.here. ¶ Tertio not.ꝙ
quis efficiatur parochianus alterius per habitationem.quã
ti vero temporis habitatio requiratur videtur ꝙ.x.annorũ
C.de incol.l.ij.li.x.dic:vt.ſ.de ſepul.de vxore.⁊ facit iſte tex.
3 ad not.per Jo.an.ſ.de offi.archi.c.iij. ¶ Quarto nota.ꝙ
decime perſonales dantur eccleſie in qua quis percipit eccle
ſiaſtica ſacramenta.prediales eccleſie prediali.vt dicit gl.⁊.ſ.
c.cum ſint homines ſed tex.hic ⁊ ibi dicit ꝙ ſtatur conſuetu
4 dini.dic plene vt ibi. ¶ Quinto ex hoc nota.ꝙ attenditur
conſuetudo circa perceptionem decimarũ.quod eſt verum i
ter eccleſias:que ſibi inuicem poſſunt preiudicare.⁊ decimas
vni debitas alijs preſcriptione deberi.laici vero quo
minus ſoluant:non poſſunt vllo temporis ſpatio ſe tueri.q2
ſunt tributa dei.ergo non preſcribunt quominus ſoluantur
ſed ſolute ꝙ magis iſti eccleſie.ꝗ alteri debeantur iuſtis titu
lis fieri põt.facit qđ de obediẽtia:pſcribẽda vel nõ.no.ſ.de p
ſcrip.auditis.tangit circa hoc dicitur de conſuetudine quid
iuris ſi de conſuetudine non apparet:dicit.ꝙ prediales de

bentur baptiſmali:⁊ perſonales capelle.xvi.q.j.decimas.⁊
5 ſ.e.nuntius vbi idem dixit.tan. ¶ Quinto querit gl.ꝙ vtrum
decime animalium computentur inter reales:vel prediales.
dicit ꝙ inter prediales:quia conſyderatur locus vbi paſcun
tur:non vbi morantur.ar.ff.de ſerui.ru.pre.l.pecoris paſcen
di.⁊.l.cum quidam.de fun.inſtruc.nam ⁊ arbor illius ſoli cen
ſetur:in quo viuit:non in quo videtur conſiſtere.ff.arbo.fur.
ce.l.ſi plures.§.ſi iudicibus.ad hoc.ff.de verbo.ſig.l.pupil
lus.§.incola.⁊ de fun.inſtruc.l.queſitum.§.reſpondit domo.
⁊.§.idem ſcribit inſtrumentis. In contrarium tamen facit.
quia cuſtodia paſtoris ẽ neceſſaria.de regulis iuris.c.penul
ti.vnde conſyderanda videtur parochia paſtoris.nam etiaꝫ
natus ex vrbanis mancipijs licet ad villam mittatur nutriẽ
dus:nihilominus cenſetur vrbanus.ff.de verb.ſig.l.ſi is qui
natus. Hoſti.his non obſtantibꝰ tenet opi.glo.de hac.q.etiã
nota.xiij.q.j.§.ij.ibi:quis paſcit.⁊ per Goff.hic:⁊ in ſumma
huius ti.in prin.⁊ per hanc deciſionem glo.decidit aliam.q.
videlicet ꝙ ſi pro medietate anni paſcantur in vno territo
rio:pro alia medietate in alio diuident inter ſe.ad hoc.j.de ſe
pul.cum quis.ij.rñ.li.vj.⁊ idem dicit glo.ſi aliqui iacerent in
vna parochia:in qua forte habent ſtationem:⁊ in alia habent
larem debereut enim inter ſe diuidere decimas perſonales:
⁊ oblatiões ſecundũ glo.pro qua facit quod no.de ma.⁊ obe.
omnes principes.de his queſtionibꝰ Hoſti.remittit ad ſum
mam.eo.c.§.cui danda ſit.quando autem ſit ſoluenda.notat
Jo.an.in ſpec.eo.ti.ſuper ver.libello.⁊ in queſtione porrorũ
de materia ſupradicta.

Ponit queſtionem.

1 ¶ Decime ſoluende ſunt de omni ſpecie fructuum ſiue ſe
mel diuerſis ſeminibus ſeminetur hortus vel fundus ſiue di
uerſis anni temporibus.
2 Decima debet deferri ad domum ſacerdotis.
3 Sacerdos cui decime debentur an poſſit interdicere domino
fundi:ne fructus colligat:vel exportet niſi eo vel eius nũtio
preſente.ꝙ ſic.

Ex parte.

De omni fructu predij ſunt ſol
uende decime.⁊ prima pars po
nit querelam.ſecunda dat iudiciũ ibi: mãdamꝰ.
1 ¶ Not.primo ꝙ ſiue ſemel diuerſis ſeminibus
ſeminetur hortus:vel fundus:ſiue diuerſis anni temporibꝰ
de omni ſpecie fructuum ſoluende ſunt decime. ¶ Quero q̃
ſuit ratio dubitandi.dic ꝙ potuit eſſe quia ſemel tantum in
anno fructus de terra producuntur communiter.⁊ ideo lex di
uina de tali fructu videtur debere intelligi.vt.l.nam ad ea.ff.
de leg.contrarium hic deciditur.nam ſiue ſemel in anno:ſiue
pluries ſiue vnus fructus:ſiue fructus plures recolligantur:
non mutatur iuris diſpoſitio.ad hoc.l.diuortio.§.quod in
2 anno dicitur.ff.ſolu.matri. ¶ Querit Jo.an.ꝙ vtrum ille qui
debet decimam:debeat ipſam deferre ad horreum ſacerdo
a tis.tenet ꝙ ſic.xvi.q.j.reuertimini.[a]⁊.q.vij.c.j.idem nota.in
Spec.eo.ti.⁊ incidit iſta queſtio in illam materiam an debi
tor debeat venire cum pecunia ad domum creditoris:vel ecõ
trario creditor ad domum debitoris.vt ibi recipiat.de qua
3 q.plene dixi.ſ.de pigno.ſignificante. ¶ Secundo querit ꝙ
vtrum ſacerdos cui decime debentur:poſſit interdicere do
mino fundi:ne fructus colligat:vel exportet:niſi eo vel eius
nuntio preſente.tenet ꝙ poſſit.C.quando ⁊qui.quarta pars
de.l.ij.ibi ſub aſpectu curialium ⁊c. Idem guilli.na.qui dicit
ſic conſuluiſſe magiſtrum ſuum Ala.per.l.paulus.ff.de pro
cu.⁊.de inoffi.teſt.l.ſi ſuſpecta.⁊ aut.nunc ſi heres.C.de libe.

Ponit queſtiones.

a ¶ Reuertimini. Ad videndũ ibi Joãnes de turre cremata ⁊ Spec.de deci.i ſi.bar to.cep.i tra cta.d ſerui. vr.ꝑdio.ca. lxxij.alex. in.l.itẽ illa.de cõſti.pe. Jo.de imola.Roma.⁊ alex.in.l.ſi palatio iſta §.iter cete ra.de verb. obli.

1 ¶ Decima ſoluenda ẽ de militia ⁊ de aduocatione.Et hoc
ante deductionem expenſarum.nu.2.
3 Bonorum appellatione mobilia ⁊ immobilia continentur.
4 Negligere quis dicatur.
5 Decima ferarum auium piſcium que capiuntur cui debeat
ſolui.
6 Decima an debeatur ſi vendo aquam de fonte quem habeo
in fundo meo.
7 Decima lignorum nutrimentorum animalium ⁊ ceterorum ad
victum neceſſariorum que deferuntur alibi vt maiori pretio
vendantur:an debeatur.

Non eſt.

Decime ſoluende ſunt non deduc
tis expenſis.⁊ primo ponit exor
dium ⁊ narrationem.ibi:re vera.ſecundo cõcluſio
nem.ibi:volumus. ¶ No.primo prohemium colli
gitur ex not.xxx.di.ſecundum.⁊.j.c.cum non ſit. ¶ Secun
do not.ꝙ

do not. ꝙ multa enumerat ex quibus decima eſt ſoluenda: ⁊
ipſis enumeratis ſubijcit clauſulam generalem. que alia non
enumerata complectitur. vt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. in quit leg.
ff. ad. l. aquiliam et. l. poſt clauſula. de verbo. obligat. ¶ Ter-
1 tio no. † ꝙ de militia ſoluēda eſt decima. et quia aduocati di-
cuntur militare. vt. l. aduocati. de aduoc. diuerſo. iudic. ergo
quod pcipitur de aduocatione debet ſolui decima. ¶ Quar-
2 to nota † ꝙ ante deductionē expenſarum ſoluēda eſt decima
de predictis ſupra enumeratis. et de enumeratis que perueni-
unt ex terra clarum eſt ꝙ nō eſt habenda ratio expenſarum.
vt. j. e. tua nobis. et. c. paſtoralis. ſed de pecorib⁹ negotiatiōe
militia: et venatione videtur habenda ratio expēſaruʒ. vt di-
cto. c. paſtoralis. ¶ Quinto not. ꝙ dicit de omnibus bonis. ⁊c.
3 † nam appellatione bonorum mobilia et immobilia cōtinen-
tur. ꝟ. de teſtamētis. relatum. et ſic facit ꝙ de immobilibus ac-
quiſitis ſit ſoluēda decima. quod an ſit verum: dicam. j. codē
4 paſtoralis. ¶ Sexto nota dum dicit neglexerint. ⁊c. ꝙ † qui
ſoluere debent nō ſint in mora donec moniti reſtituere cōtra
dicant. de quo ꝟ. e. peruenit. ¶ Septimo nota in verſiculo pre
cepimus. ꝙ decima eſt in precepto dum dicit. diſtricte preci-
pimus. ⁊c. nam quod precipitur. ⁊c. j. de ver. ſignif. in his. licʒ
ergo ſint diuerſe opini. an ſint hodie ſoluēde de quibus. ꝟ. in
rubri. in dubio iſto ſequēda eſt pape diffinitio. vt. j. qui fil. ſint
legit. per venerabilem. §. rationibus. et plene. j. eo. ti. vj. in ru-
brica. et de pena dei que infligitur nō ſoluenti. not. hic gloſſa
ſuper qua Joan. an. allegat Gra. ad reginam francorū. crede
mihi qđ cū peccato cōgregatur cum dāno perditur. Et Oui-
dius ſine titulo. Non habet euētus ſordida preda bonos. Et
Claudian⁹. Quos male collegit fallacis parcis has pēis na-
ta refundit opes. ¶ Querit Joan. an. † de feris anim⁹: et piſci-
5 bus qui capiuntur: cui de ipſis debet ſolui decima. pro cuius
declaratione neceſſario eſt ſciendū an decima que ex iſtis ſol
uitur dicatur predialis an perſonalis. et arguitur pri° ꝙ pre
dialis. qui beneficio terre vel aque nutriūtur. ergo eſt predia
lis ſicut dictum eſt de decima animaliū. ꝟ. c. ad apoſtolice. In
cōtrarium ꝙ ſit cēſenda decima perſonalis. quia talia proue-
niunt opera et artificio hominis: nec ꝓprie poſſunt dici fruc
tus ex terra prouenientes. et ſecundū pdicta ſi ſit cēſenda pre
dialis eccleſie vbi capiuntur ſi perſonalis eccleſie vbi quis au
dit diuina erit ſoluēda decima. quid dicēdum. dicunt quidam
ꝙ aut loquimur in auibus. piſcibus: vel animalibus recluſis
in aliquā clauſuram: vt piſces in ſtagno: aues in columbario:
animalia in foreſta. et illo caſu debʒ fieri ſolutio eccleſie in cui⁹
parochia ſunt recluſa. quādoqꝫ capiūtur in mari flumine pu
blico: vel animalia non recluſa capiūtur hominis induſtria.
et iſtis caſibus quia iſta ſunt iuris gētium occupanti cōceſſa.
quicqđ queritur hoc modo dicitur queri hominis induſtria
ideo erit cēſenda decima perſonalis. ſi tamē in loco in quo cō
ſueuit venari: vel piſcari: prohibitū eſt de cetero hoc fieri: tūc
ſi iniuſte ⁊ ſine cauſa nō valet ſi cū cauſa valeret Alij indiſti-
cte tenēt ſint recluſa vel non ſemp eccleſie parochiali decima
ſit ſoluēda. quia illa vt dixi proueniunt opera et hominis in-
duſtria. nō obſtat. j. e. cum non ſit. quia ibi nō prouenit fruct⁹
artificio hominis: ſed ex ſola gratia dei. quod exinde appa-
ret. quia ſemen mortificatur et nō homine operāte viuificat.
ſed piſces ⁊ animalia miniſterio hominis reducuntur: nec ſi
cut grana moriuntur. vt poſtea cum maiori fructu reuiuiſcāt
ſecūdum Inno. Sed Hoſti. dicit ꝙ talis decima nō eſt cēſen
da mere predialis: nec mere pſonalis: ſed miſta. ꝟ. c. ad apoſto
lic. §. j. Ita pertranſit Joan. and. ¶ Et ex predictis opinion.
quedā reſultāt dubia. Primo de decima molendini ſiti in flu
mine de cribano. de penſione domorum. et multis alijs. nam
ſecūdum opinionem poſitam. ꝟ. ſecūdo loco quia non morti
ficantur et reuiuiſcunt vt fructus non videretur cēſenda deci
ma predialis: maxime q2 plus laboris in hominis induſtria
verſatur in molendino penſione cribano: et ſimilibus. ⁊ tamē
crederē ꝙ ex iſtis deberet ſolui decima eccleſie: in cuius paro
6 chia ſita ſunt. † quid enim ſi habeo fontem in loco vbi vendo
aquam: certe fructus iſte cenſetur loci. et ideo forte conſyde-
ratio illa ſint iſta recluſa: vel non: eſt bona. nec eſt diuerſa. ra-
tio quare decima animalium ſit cenſenda predialis: et debita
eccleſie vbi paſcuntur. et iſta vbi paſcūtur animalia recluſa vel
piſces non ſint ita cenſenda. quia iſta ſunt in noſtro dominio
ſi ut illa. vt inſtituto de re. diui. §. iij. ⁊ ſequēti. et licet induſtria
hominis operetur multum in iſtis. tamen paſtura herbe et
aque plus operātur. Illa autem opinio Hoſtien. ꝙ ſit miſta
non multum placet: quia non debet vna res diuerſo iure cen
ſeri. j. c. cum contingat. decimare enim vnam rem reſpectu ec
cleſie parochialis et predialis dominio non mutato nec tem
pore alternato: ſiue diuerſo: ſed vniformi eſſet bis decimare.
contra. c. paſtoralis. j. codē. ¶ Querit de alia queſtione que
7 quotidie † hic venetijs frequētatur vbi vndiqꝫ ligna minima:
animalia: et omnia ad victum neceſſaria deferūtur: et maiori
pretio venduntur: ꝙ in locis vnde apportātur. Pone ibi vale
bat. x. et hic. xx. queritur an decima erit cēſenda predialis vel
perſonalis. dicit Joan. andre. poſt Hoſt. ꝙ. x. liberarū tantū
eſt danda decima illi eccleſie intra cuius parochiam arbor ex
ciſa fuit. de alijs autem decē. x. hic ex aduectione lucratis dā
da eſt decima eccleſie vbi percipit eccleſiaſtica ſacramēta: qui
talia dixit. j. eodem. paſtoralis. facit ad notata. ꝟ. eodem cum
ſint homines.

1 ¶ Fidelis homo tenetur ſoluere decimā de omnibus que
poteſt acquirere de infideli.
2 Decima ſoluenda eſt de licite acquiſitis.
3 Decima ſoluenda eſt de lucro molendini ad ventum.
4 Decima an ſit ſoluenda de acquiſitis illicite.
5 Meretrix an teneatur ſoluere decimam de acquiſitis ex lu-
cro meretricario.

Ex tranſmiſſa. De fructibus molē-
dini ad ventum ſol-
uēde ſunt decime. ⁊ primo ponit deciſam quere-
lam. ſecundo dat iudicem. ibi: quia. vbi permit-
tit generalem rationem: ex qua infert concluſionem. vbi: mā
1 damus. ¶ Primo no. regulam. † ꝙ fidelis homo tenet ſol-
uere decimas de omnibus que poteſt acquirere de infideli.
dic. vt. ꝟ. c. de terris. ⁊ expone que poteſt acquirere ⁊c. ſuple
⁊. de facto querit ſecundū Jo. an. credo ꝙ ſic ideo exponat
quia ſi poteſt acquirere: ⁊ non querat: ſiue ſit lucrum proue-
niens ex induſtria: ſiue ex predijs: non habet contra eum ec
cleſia ius querele: ⁊ cogendi vt fundum colat: vel ex indu-
ſtria lucratur. quia non tenetur pro preſbytero ⁊ decima ſibi
ſoluenda maiorem adhibere diligentiam: ꝙ pro ſe. qđ dic:
vt. ꝟ. de depoſi. bona fides. facit. l. ſi conſtante. §. ſi marit⁹. ⁊. l.
⁊ ideo. et. l. ſi mora. ſo. ma. ⁊. l. venditor exheredatus. ff. de he-
2 re. vel ac. ven. ¶ Secundo not. † ꝙ de licite acquiſitis debet
ſolui decima. de acqſitis illicite an ſoluēda ſit: vide plene i gl.
3 ¶ Tertio not. † ꝙ de lucro molendini ad ventum debet ſol-
ui decima. ratio dubitandi fuit quia videtur ꝙ venti ex ſe na
ſcantur: nec dei virtus in eis operatur: ſed non eſt ita. nā ma
re ⁊ venti ipſi obediunt. matthei. viij. vel fuit dubitatio. q2 vē
ti non ſunt in bonis alicuius: ſic nec illi qui in mari naſcūtur
vt piſces. ergo tanꝙ non poſſint dici intra parochiā alicui⁹
de fructu qui ex eis prouenit non videtur ſoluenda decima.
ſed dic. ꝙ de terra in qua tale molendinum fundatum eſt: de
bebatur decima: ergo ⁊ de molendino per quod terre natu-
ralis commoditas impeditur. ar. ꝟ. eo. de terris. ⁊. c. dilecti.
non ob. ꝙ ventus ibi non naſcatur. nam ad ſubſtantiam cu-
iuſlibet rei ſubſiſtentis exigitur concurſus. iiij. elementorū:
que tamen in loco terre non naſcuntur. cauſa ergo mediata
fructuum non inſpicitur: ſed immediata. i. ipſa terra. ſemper
enim in iure cauſam proximam intuemur: non remotam. vt
l. mulier. ff. re. amotarum. ¶ Querit gloſſ. magna. dicitur in
4 tex. ꝙ de licite acquiſitis eſt ſoluenda decima. † quid de acq-
ſitis illicite: puta a meretrice: hiſtriōe: ab inuaſore: ⁊ ſi. arguit
ꝙ non ex illa authoritate deutero. xxiij. nō accipiat mercedē
proſtibuli ⁊c. ⁊ per illud prouer. iij. honorabis dominū deuʒ
tuum ⁊c. vt in gl. ⁊ quia illicite acquiſita ⁊c. vt in glo. que ar-
guit in contrarium. ⁊ deinde ponit opi. ⁊ tandem diſtinguit
tres caſus. ibi: alij dicunt. ꝙ verius credo ⁊c. aut enim loqui
mur in decima prediali: ⁊ debetur etiam ab inuaſore. vt in ſi.
glo. quam tenet Jo. xvi. q. j. decimas. ⁊ go. ꝟ. c. proxi. Aut de
perſonali: ⁊ tunc erit illud quod illicite acquiſitū eſt: non pōt
repeti: ⁊ debet decima. pone exēpla. vt in gl. aut poteſt repe
ti: ⁊ non debetur: etiam ſi dominium ſit tranſlatum commu-
tabiliter tamen. ⁊ hoc tenet Jo. j. ca. paſtoral. go. ꝟ. c. proxi. et
Phi. l. Inno. ⁊ Hoſti. hic. ⁊ hec diſtinctio. vī. habere locum
etiam in eleemoſyna ⁊ oblatione: an. ſ. fieri poſſit ⁊ recipi de i
iuſte queſitis dicit tamen glo. ꝙ ſacerdos non debet recipe-
re decimas a meretrice. ſed ex hoc videt procedens diſtictio
5 minus bona. † nam tu dicis ꝙ meretrix tenetur ſoluere. tamē
preſbyter non tenetur accipere. ſed hec eſt quedam perplexi-
tas ⁊ contradictio dic ꝙ aut penitet: ⁊ debet recipi eleemoſy
na: decima: ⁊ oblatio meretricis. quia incipit eſſe bona femi-
na. nec debet inſpici quod fuit. l. di. ferrum. quandoqꝫ non pe
nitet: tunc debet facere eleemoſynam de conſenſu diocesani.
⁊ tunc ſacerdos recipiat: ⁊ non aliter. ⁊ ſic ſuppleri debet qđ

Ponit queſtiones.

De decima molēdini ⁊ cribani ⁊ pēſiōis dom⁹.

Ponit queſtiones.

legitur:⁊ not.in ſumma.eo.titu.§.de quibus.⁊ vide ꝙ de ta-
li elecmoſyna ⁊ oblatione not. Jo.an.j.de ſen.ex.c.cum vo-
luntate.⁊ de hac materia etiam vide.gloſſ.xiiij.q.v.in ſum-
ma.⁊.j.q.j.non eſt putanda.vbi not.an eccleſia conſtructa de
pecunia ſimoniaca debeat demoliri.⁊ quid tunc de iure pa
tronatus:⁊ an de fructibus rei empte de pecunia ſimoniaca
elecmoſyna fieri poſſit.⁊ vide etiam quod not.lxxxvi.di.de
venatoribus.vbi queritur.an dans pecuniam meretrici pec-
cet.⁊ quid iuris ſi ſibi promittitur:ſed non ſoluitur: an ſicut
datur ſibi retentio ita ⁊ promiſſi petitio.dic:vt no.ff.de con-
di.ob tur.cauſam.l.idem.⁊ ſic.§.quoties.

1 ¶ Decimas quilibet tenetur ſoluere.
2 Exemptum ſe dicens debet probare exemptionem.
3 Conductor predij ita tenetur ad ſolutionem decime:ſicut lo-
catoꝛ.
4 Eximi qualiter poſſit quis ab onere decimarum.
5 Papa omnium clericorum ⁊ eccleſiarum eſt gubernatoꝛ ⁊ ar
biter cum libera adminiſtratione.
6 Decimarū genera quot ſint Et an olim ⁊ hodie ſint i ꝑcepto
nu.7.Cuius efficacie olim ⁊ hodie ſint.nu.8.
9 Decimas cuiuſcunq̄ generis non ſoluentes an peccent mor
taliter.
10 Decime an ſint ſoluende malis ſacerdotibus.

A Nobis. Locatoꝛ ⁊ conductoꝛ tenentur ad decimas:niſi ſe immunes oſtēdāt
1 ¶ Nota regulam generalem ꝙ quilibet tenetur
ſoluere decimas.ex qua regula contra recuſantes
ſoluere eſt fundata intentio de iure communi:que ſufficit ad
2 condemnationem.j.eo.dudum. ¶ Secundo no.ꝙ ille qui
dicit ſe exemptum:debet probare exemptionem.quia con-
tra eum facit ius commune.vt dixi.ideo non preſumitur:ni-
ſi probetur exemptio.ſed vſurpatio.§.de reſti. ad decimas
3 li.vi.e.ol.contra moram. ¶ Tertio nota.ꝙ ita tenetur ad
ſolutionem decime conductoꝛ predij ſicut locatoꝛ.eſt enim il
lud onus fructuum:quod concernit etiam predonam.vt.§.
4 c.proximo not. ¶ Quarto collige.ꝙ poteſt quis eximi ab
onere decimarum.quod qualiter debeat intelligi glo.proſe-
quitur.⁊ Jo.an plenius poſt Hoſti. Ingredior ergo eam p
modum op.⁊ ſic dicitur hic.ꝙ poteſt quis eximi a ſolutione
decime.contra.quia diuina conſtitutione debētur:⁊ in ſignū
vniuerſalis dominij dominus ſibi reſeruauit decimas.vt.j.e.
tua nobis.⁊ dixi ſuper rubrica.ergo videtur ꝙ cōtra ius di
uinum ⁊ dei precepta etiam papa diſpenſare non poſſit.ſo.
dicit glo.papa non eximit:ſed committit adminiſtrationeʒ
decimarum.quod poteſt concedere etiam laico.vt dicit glo.
Jo.xvi.q.i.§.ſi quis.quod intelligit ala.verum eſſe ad temp᷒
⁊ ex cauſa.vt fecit gallicis ſoluit glo.ij.ꝙ licet papa non poſ-
ſet tollere ius diuinum et naturale in totum : poteſt tamen
ipſum ius in aliquo limitare:⁊ interpretari.vt exemplificat
glo.Hoſt.dicit ꝙ ſpecialiter eſt in hoc precepto.ꝙ diſpenſa
tionem ⁊ interpretationem pape recipiat : quod non eſt in
alio morali. Ratio differentie eſt ſecundum euʒ.quia in alijs
verſatur honoꝛ dei irremiſſibilis:vel humana vtilitas publi-
ca indiſpenſabilis.vt eſt videre in illo precepto.non habebis
deos alienos.non occides.honora patrem ⁊ matrem ⁊c.na-
turalis enim ratio oſtendit illa non poſſe remitti. In pre-
cepto autem ſolutionis decimarum habenda eſt duplex con
ſyderatio.prima dei:vt decime tanq̄ tributum domini exi-
gantur.⁊ hoc remitti non poteſt vniuerſaliter. Itē ꝙ ab ho
minibus:⁊ dei hominibus dētur.vt clericis ⁊ eccleſijs.et hoc
reſpicit temporale commodum clericorum:⁊ eccleſiarum.cer
5 tum eſt autem ꝙ papa omnium clericorum ⁊ eccleſiarum eſt
gubernatoꝛ ⁊ arbiter cum libera adminiſtratione. vt.c.cun-
cta per modum.⁊.c.per principale.ix.q.iij.non ergo mirum
ſi ſuper hoc multum poſſit ⁊ etiam diſpenſare pro cuius ar-
ticuli pleniori notitia Jo.and.poſt Hoſti.ponit hic prolixā
glo.quam ſuccincte per ſex principales queſtiones expediaʒ
hoc ordine.primo enim queram quot ſunt genera decimarū
ſecundo an oliʒ ⁊ hodie fuerit in precepto:vel libero arbitrio
reſeruate.tertio cuius olim vel hodie fuerint efficacie.quar-
to an peccent mortaliter non ſoluentes decimas cuiuſcunq̄
generis:quinto an malis ſacerdotibus ſunt ſoluende. ſexto
an poſſit papa diſpenſare:ꝙ decime non ſoluantur. ¶ Pri
6 mo igitur quero.ꝙ quot ſunt genera decimarum. dicit ꝙ tē
pore legis ſcripte fuerunt quatuoꝛ genera.primum illud qđ
populus dabat leuitis.ſecundum illud quod leuite dabant
ſacerdotibus. tertium quod vnuſquiſq̄ ſeparabat in ſuis

¶ Genera decimarū. Sūt eīm tri
plices deci-
me pſona-
les pdiales
et miſte.gl.
ordi.i.c.ad
apoſtolice.
§.co.ti.⁊ ibi
docto. Car
di.in de.co.
titu.q.xv.

horreis ad comedendum in templo.quartum quod pau-
peribus erogabant.ſicut patet.§.c.j.tertium genus dabant
ad conſolationem. deſcendebat enim lex vetus populo illi
carnali:⁊ rudi:⁊ dure ceruicis.vt ſaltem per carnalem conſo
lationem ⁊ temporalem promiſſionem poſſet ab idololatria
reuocari.ꝙ etiam determinatum locum includit templum il
lud videlicet ꝙ omnino fuit figurale. Tria vero genera ſol-
uenda leuitis:ſacerdotibus:⁊ pauperibus dabantur ad ſub
uentionem ſiue prouiſionem de iſtis habetur in leuitico.et
Numeri.c.xviij.⁊ Matth.iij. Inferte omnem decimam ⁊c.
⁊ in multis alijs auctoritatibus de quib᷒.§.in rubrica. ¶ Se
7 cundo quero ꝙ an olim ⁊ hodie ſint in precepto.⁊ in hoc con
ſydera tria tempora primo tempus legis nature.ſecundo tē
pus legis ſcripte.tertio tempus gratie.primo tempore non
fuerunt in precepto:ſed conſilio tantum.tempore legis ſcri-
pte fuerunt in precepto.tempore gratie(vt eſt tempus chri-
ſti noſtri redemptoris)an remanſerint in precepto.conſyde-
ra prefata quatuoꝛ genera. ⁊ primo circa primum de deci-
ma: que dabatur leuitis vtrum hodie ſit in precepto. dicit
Joan.andre.ꝙ ſic.attendens enim ſancta mater eccleſia:ꝙ
deus in ſignum vniuerſalis dominij decimam iſtaʒ ſolui mā
dauerit.j.eo.tua nobis.⁊ ipſam leuitis dari ꝑceperit Nume-
ri.xviij. ſtatuit ⁊ precepit.ꝙ populus decimas daret cleri-
cis ⁊ eccleſijs.vt patet in toto iſto titulo.⁊.xvj.que.j.§.deci-
mas.⁊.ca.le.namq̄ ſummi pontifices naturalem rationem:
que dictat.vt qui domino miniſtrabant debebant a populo
ſuſtentari:nec conuenientius pro illa ſubſtentatione aliā poꝛ-
tionem:q̄ᵽ illam que propria domini erat:debuit ſue eccleſie
aſſignari.quod etiam imperatoribus placuit:⁊ iniunctum ē
laicis.ꝙ omnino ſoluant.vt patet in lombarda de decimis.
per totum li.vit.quibus legibus que fuerunt Karoli:Lotha
rij:⁊ Lodouici ſaltem laici aſtringuntur.C.de legi.⁊ conſti.l.le
ges.Et q̄uis ſit tranſlatum ſacerdotium quantum ad rituʒ
colendi:tamē quia in ſacerdotio noue legis manet onus mi-
niſterij:propter quod eſt vere ⁊ proprie communicatio bo-
norum:quantum ad ſubſtantiam precepti remanet illud de-
bitum:⁊ morale.⁊ in hoc concordant ſancti doctores eccleſie
principales.vt not.in ſumma.e.ti.§.fina.ſub.§.vij.ver.per ꝑ
dictas auctoritates. ¶ De ſecundo genere videlicet que de-
bebātur ſacerdotibus a leuitis tempore legis ſcripte:an ho-
die tempore gratie debeantur.dic:vt plene no.§.eo.c.ij. Ter
tium genus euacuatum eſt per euangelicam perfectionem ⁊
veritatis exhibitionem.erat enim imperfectum ⁊ cerimonia
le.circa quartum genus quod erat pauperibus erogandum
an ſit hodie in precepto ſicut olim.ſentit hic Jo.an.poſt Ho
ſti.ꝙ iſtud debitum hodie receperit eccleſia ſup ſe:⁊ laici ne-
ceſſario non cogantur ad hoc.licet de conſilio iniūgatur eis:
vt de.viij.partibus que eis remanent elecmoſynam faciant.
xvi.q.j.decime.⁊ hoc modo poteſt intelligi illud dictum hu-
gonis de ſancto victore i libro de ſacris parte.xi.c.iiij.vbi lo
quens de decimis ita dicit.primum ſi legem paruulos conſi
lio erudiuit poſtea ſub lege exercitatos precepto tentauit.
nouiſſime in gratia perfectos in libertate ſpiritus ambula-
re permittit.eccleſia ergo tenetur pauperibus prouidere nō
ſolum de decima quam percipit:ſed de omnibus:que poſſi-
det:que pauperum ſunt.⁊ epiſcop᷒:clerici:⁊ prelati non ſunt
domini:ſed procuratores talium bonorum.§.de dona.c.ij.et
xvi.q.j.cap.fina.⁊.xij.q.j.ca.fina.⁊.§.eo.cauſa.et.q.ij.cap.au-
rum.⁊.cap.gloria epiſcopi.cum ſi.volens ergo vberius eccle
ſia ſubuenire pauperibus:ſuſcepit illud onus ſupra ſe:⁊ lai-
cos liberauit.⁊ licet hec ſancta ordinatio ſit in pluribus eccle
ſijs vſurpata nihilominus tamen pro laicis remanebunt de-
cima pauperibus obligati vt patet.xiij.diſti.§.j.⁊ per totum.
8 xlvij.diſtin.ſicut hi.cuʒ ſi. ¶ Tertio quero ꝙ cuius olim ⁊ ho
die ſint efficacie.dicit Jo.and.ꝙ decime tempore legis na-
ture operabantur primo ꝙ erant in remedium culpe origi-
nalis que euacuatur per ſacramentum efficacie plenioris.ſi-
cut ⁊ circumciſio per baptiſmum.vt.j.de baptiſm.maioꝛ.§.
adhuc autem. Solutio.erant in figuram future redemptio-
nis:⁊ hoc euacuatum eſt per exhibitionem promiſſe verita-
tis:vt patet in eo quod legitur ⁊ nota.de cele.miſſa.cum mar
the.§.ceterum. Tertio erant in ſignum debite recognitiōis
ſeu dominij vniuerſalis.⁊ quia circa hoc videtur includere qđ
morale:quod eſt de rationis dictatione recognoſcere.ſ.vni-
uerſalitatem dominij:ratio ex hoc dictat.ꝙ illa recognitio
conuenientiſſime ſit per decime partis ſeparationem:et da-
tionem. Ideo ratione huius cauſa debiti ⁊ cauſa conuenien-
tiſſima ſigni decime manent:⁊ reſpiciunt omne tempus:ſiue
nature:ſiue legis:ſiue gratie:propter quod huic tanq̄ fun-
damento ⁊

damento ⁊ immobili innititur auctoritas eccleſia.ſ.cap.tua
nobis.⁊.cap.cum non ſit.quod eſt conſilium generale.⁊.xvi.
queſtione.ſ.decime.vbi dicit auguſtinus.non igitur domin⁹
deus premium poſtulat:ſed honorem.deus enim perfectus
eſt nullo indigens.quod probat auguſtinus ſuper gen.viij.
9 capi.¶ Quarto quero an peccent mortaliter homines nõ
ſoluentes decimas cuiuſcunqꝫ generis.reſpon.ꝙ de ſecundo
tertio ⁊ quarto genere decimarum ſatis poteſt colligi ſolu-
tio ex predictis ſed de primo genere.ſ.de decimis:q̃ debẽtur
leuitis a populo:ſi non ſoluunt:an peccent mortaliter.vide-
tur ex predictis ꝙ ſic.cum enim ad ſolutionem ipſarum qui
libet facto vel precepto ſit obligatus:ſemper peccat non ſol
uens.ſ.co.ex tranſmiſſa ad hoc facit exodi.xxij.decimas et
primitias tuas non tardabis offerre.pro hoc in lombarda
de decimis.§.fina.vbi dicit.ꝙ qui decimam poſt tertiam am
monitionem dare neglexerit:excommunicetur.cũ concor.ſ.
eo.ex parte.⁊.cap.peruenit.Et hec opi.eſt vera ſine dubio in
partibus illis:in quibus decime ſoluuntur.ſed in partibus i
quibus de conſuetudine non ſoluuntur:an peccent mortali-
ter: qui non ſoluunt.quidam ꝙ non.quaſi romana eccleſia
videatur in his ſaltem quo ad preterita diſpenſaſſe.ne tan-
tam multitudinem contingat hac de cauſa damnari.arg.ſ.e.
in aliquibus.ſ.reſpõ.⁊ quod legitur:⁊ no.ſ.de cog.ſpirituali
ſuper eo.ſed ſi poſt predicationem ⁊ monitionem ipſam reti
neant:mortaliter peccant.arg.in eo.quod legitur:⁊ not.ſ.de
conſe.eccle.vel alta.aqua.⁊ de cle.ex mi.cõ.ca.ſi.celebrat.et de
ſupplẽ.ne.pre.cap.j.Et dicit Hoſti.ꝙ illa opi.eſt benignior:
⁊ equior:⁊ ideo ad vitandum pericula animarum per ſedem
apoſtolicam approbandam.arg.in eo quod legitur:⁊ no.de
tranſac.capi.fina.⁊ de ap.oblate.§.penul prima tamen opi.
eſt verior de rigore iuris.ſed ſecunda tanq̃ benignior ample
ctanda.vt dixi.¶ Quinto quero an malis ſacerdotibus ſint
ſoluende decime tex.videtur ꝙ ſic.ſ.cap.tua nobis.vbi dicit.
10 ¶ Sexto ⁊ vltimo quero.an papa poſſit diſpẽſare ꝙ deci-
me non ſoluantur.de hoc dixi.ſ.in principio.ꝙ ſic.poſt glo.
Cum enim decima pertineat ad eccleſiã:⁊ ſit ius proprie ſa
cerdotum ⁊ ſanctuariorum:horum omniũ ſummus pontifex
eſt arbitrator:moderator:⁊ arbiter.ſicut aliorum iurium ec-
cleſiaſticorum:⁊ quorumcunqꝫ dubiorum que occurrere poſ-
ſunt.ſ.qui ſi.ſunt le.per venerabilem.§.rationibus.poteſt er
go.quoſdã eximere:⁊ decimas debitas vni eccleſie alteri da-
re:⁊ de his diſponere prout placet:dummodo dictum ius i
totum non tollat.patet in eo quod legitur ⁊ not.in ſumma
de reſcrip.§.⁊ ſuper quibus.ſub.§.poteſt autem quis impe-
trare.nam quia talia non ſunt contra fidem:eſt pape in om-
nibus his parendum.vt patet in eo quod legitur:⁊ nota.de
conce.preben.propoſuit.§.ſi.Ex predictis igitur de proliga
gloſ.Ioan.and.recollectis habes in ſumma ꝙ primum ge-
nus decime omnino ſtat in precepto:ſed immutatum.ſecundũ
remanet etiam:ſed declaratum.tertium autem tanq̃ cerimo
niale eſt ex toto euacuatũ.quartũ vero liberum relinquitur
ſed perfectius informatum.et dicit.Hoſti.per illam ſummã
gloſſ.ſuppleri debet:quod ipſe not.in ſumma.⁊.§.⁊ vtrum.
ſub.§.vij.vbi copioſe materia diſputatur.

¶ An malis ſacerdotibus ſint ſoluende decime.

1 ¶ Laici non habent poteſtatẽ concedendi ſpiritualia:nec
de ipſis diſponendi.
2 Imperator non poteſt concedere priuilegium ſuper re ſpi-
rituali.
3 Conceſſio generalis efficatior ⁊ validior eſt q̃ ſpecialis et nu
mero.6.
4 Decime noualium non ſequuntur naturam ⁊ conditionem
illarum que ex contractu feudali vel forte ex priuilegio debe
bantur.
5 Conceſſiones ⁊ infeudationes decimarum ſunt ſtricte inter-
pretende.

Tua et infra.

In genere vel in ſpe-
cie imperator deci-
mas remittere non poteſt:decime noualium nõ
accreſcunt laico:qui ab antiquo decimas in feu-
dum habuit.ſecunda ibi:nec occaſione.¶ Not.primo probe
1 mium ꝙ laici non habent poteſtatem concedendi ſpiritua-
lia:vel de ipſis diſponendi.aut dic vt.ſ.de iudi.c.decernim⁹.
2 ¶ Secũdo nota ꝙ etiam imperator nõ poteſt cõcedere pri-
uilegium ſuper re ſpirituali.vnde per eius legitimationem
non poſſet legitimatus ad ſacros ordines ⁊ ad beneficia pro
moueri.quod dic vt.ſ.qui filij ſint legitimi.per venerabilem.

3 Tertio collige ꝙ efficacior et validior ſit cõceſſio generalis
q̃ ſpecialis.quod patet dum dicit quantumcunqꝫ generaliter
4 ⁊c.de quo.ſ.eagam.¶ Quarto not.ꝙ decime noualium nõ
ſequũtur naturam:et conditionem illarum que ex contractu
feudali vel forte ex priuilegio debebantur.et intellige an
tiqua etiam ſi in religioſas tranſlata ſit.ſ.eodem.c.ij.libro.vj
Hoſtien.iſtum.§.exemplificat duobus modis.primo ſi laic⁹
priuilegiat⁹ ne ſoluat de terris ſuis decimas faciat noualia de
illis decimã ſoluet.ſecundo ſi laicus priuilegium habeat de
percipiendis decimis parochie:non percipiet de noualibus
nec eiuſ ſine peccato niſi priuilegiũ excuſaret laici ipſas per
cipient.ſ.eodẽ probibemus.cum ſimilibus.¶ Quinto no.
5 ꝙ conceſſiones et infeudationes decimarum ſunt ſtricte in-
terpretande: quia odioſe vt in regula.odia.cum ſimilibus.
¶ Opponit.dicitur hic ꝙ laicis eſt ſuper ſpiritualibus inter
dicta poteſtas.Contra immo videtur permiſſa.vt in caſibus
notatis in prima gloſ.inter quos no.caſuſ cũ faciunt ſciſma:
nec poſſunt corrigi per eccleſiam.et adde iſtis caſum.c.vbi pe
riculum.§.preterea.de electionibus.lib.vj.¶ Et circa hoc tã
git hic Vincen.an incidẽter poſſit iudex laicus cognoſcere de
cauſa matrimoniali : quam vide ad literam in Specul.de re-
conuen.§.ſecũdo.poſt principium.et dixi.ſ.de ordin.cognit.
6 tuam.¶ Secundo oppo.iſte tex.innuit.ꝙ efficacior ſit con
ceſſio generalis:q̃ ſpecialis : contra quia multis plus pro-
ſunt ſpecialia:q̃ generalia.ff.de pigno.l.obligatione ⁊.cap.
qui ad agendum.de regu.iuris.li.vi.dicit Hoſti.ꝙ cum tra-
ctatur de iure prohibito concedi:plus circa illud poteſt ge-
neralis cõceſſio.q̃ ſpecialis.patet in fundo dotali:quod trã-
ſit cum generalitate:ſed ſpeciali titulo non transfertur in al-
terum.vt.l.e.quedam.de acqui.re.do.patet etiam in iure pa-
tronatus.ſ.de iure patrona.ex literis.⁊ ideo hec conceſſio
generalis imperatoris videbatur ad illa ſpecialiter prohibi
ta extendi.cuius contrarium hic deciditur.¶ Tertio op.et
videtur ꝙ imperator poſſit ſe de ſpũalibus intromittere.
nam remittit iuramentum:quod etiam obligat de iure diui-
no.ff.ad muni.l.fina.ſolu.omnes leges que imperatori vel
laico dant circa talia poteſtatẽ:corriguntur etiam de mente
iuris ciuilis.vt in auten.vt cle.apud proprios epiſcopos.§.ſi
vero eccleſiaſticum.coll.vi. Ita dicit Ioan.and.ego dico ꝙ
inquantum iuramenti tranſgreſſor temporaliter punitetur:
puta in infamia ⁊ alijs peñ.vt.l.ſi quis maior.C.de tranſact.
Imperator an poſſit remittere.ar.l.nihil tã naturale.de re-
gulis iuris.nã ⁊ mihi ẽti ſtra temp⁹ luctus imponit impera-
tor certas penas:de quibus.C.de ſecundis nup.l.j.⁊ per totũ
que pene quo ad nuilta durant:non ob.auctoritate apoſtoli
permittente nuptias ſtatim mortuo viro.quod dic: vt.c.fin.
de ſecundis nup. Induco iſtum tex.ad.q.ſabbatinam de illo
qui vendit arborem: vel ferragineum:que inciſa renaſcitur.an
ille pullulationes debeantur emptori.vide glo.in.l.obliga-
tionum fere.§.placet.de ac.⁊ ob.facit etiã ad.q.ſi quis exbã-
nitus de territorio ⁊ ducatu venetiarum : quod territorium
poſtea eſt augmentatum:an de illo augmẽto intelligitur ex-
bannitus.iſte tex.facit ꝙ non.ar.contra.ff.de pac.do.l.inter
ſacrorum.§.ij.

¶ Ponit queſtiones.

1 ¶ Homines varijs machinationibus inducuntur ad de-
bitum ſubtrahendum.
2 Deus in ſuis iuribus nõ debet eſſe deterioris cõditionis q̃
dominus temporalis.
3 Portio illius qui dat predium ad colendum debet detrahi
de aceruo integro non deductis expenſis.
4 Deus quare reſeruauerit ſibi decimas.⁊ nu.5.
6 Onus decime eſt reale.
7 Debitor non poteſt id in quo deo tenetur pro libito eroga
re:licet dei diſpenſator ſit malus.
8 Tributum dei hoc eſt decima:⁊ tributum hominis qualiter
differant.
9 Decime qua actione petantur.
10 Dominus fundi tenetur ſoluere decimam de portione ſua
quam percipit de fructibus:ſicut colon⁹ de ſua:⁊ id qualiter.
11 Partiarius quare ſit melioris cõditionis q̃ penſionarius.
12 Percipiens pro aduocatione aliquã quotã fructuũ de pdio
alieno an poſt ſolutam decimam integram eccleſie prediali:
ſoluat de eo quod ei reſtat eccleſie ſue parochiali.
13 Decimas an teneat dari ſacerdoti meo quẽ ſcio ſimoniacũ.
14 Exceptio q̃ non concernit delictũ perſone ſed dilapidatio-
nis:vel male adminiſtrationis an poſſit opponi contra cleri
cum petentem decimas.

Tua nobis. In prima pte ponit tres machinationes per ordi-
nem.in ſecunda ibi:verum.Reſpondet per ordi-
nem. In tertia ibi : quandoq3.concludit.et hoc
dicit ſine deductione ſeminis et ſumptuum de-
bent dominus ⁊ colonus decimam ſoluere:⁊ non cui volue-
rint eccleſie:vel pauperibus:ſed parochiali cui debẽt:nec ex
cuſantur ab hoc propter maliciā clericorū.hoc dicit. ¶ Not.
1 primo.ꝙ homines varijs machinationibus inducūtur ad
debitum ſubtrahendum.nam multe vie patent hominibus
ad malū in auten.de nup.§.miniores.collatio.iiij. ¶ Secūdo
not.in ver.verum ꝙ omnia bona procedunt a deo.Ia.prio.
¶ Tertio not.ꝙ decime ſunt tributa. In quo autem diffe-
rant a tributis.not.in glo. ¶ Quarto not.ꝙ domini eſt ter-
ra:⁊ ple.ei⁹ ⁊ vni.qui.h.i ea.⁊ ita icipit pſalm⁹.⁊.xiij.q.ij.i ec-
2 cleſiaſtico. ¶ Quinto not.ꝙ deus in ſuis iuribus non de-
bet eſſe deterioris conditionis:alias contentionis ꝙ domi-
nus temporalis.ideo alibi dicit canon.non debet dari deo:
qd dedignatur hō.vt clandos ſpurios ⁊ ſi.dedicare. ¶ Sex
3 to not.ꝙ ille qui dat predium ad colendum pro certa parte
redditauz:iſta eius portio detrabitur de a ceruo integro:nō
deductis expenſis.⁊ intellige.vt dixi cum recipit quotaz.nā
debet deducere(vt dixi)ſine detractione expenſarum de
conſuetudine ⁊ etiam de iure ſecundum Inno.⁊ Hoſtien.de
4 quo.j.dicam. ¶ Septimo not.ꝙ quare deus reſeruauerit ſi-
bi decimas quia in ſignum vniuerſalis dominij.⁊ pcepit eas
5 ſolui:⁊ ſuas eē aſſerit.leuiti.vlt.et nu.xxv. ¶ Octauo not.ꝙ
ꝙ nō ſolū i ſignū vniuerſalis dñij ſ3 p ſuo cultu decias ſolui
mādauit hoc ergo reſpectu cū ſit ius mere ſpūale : non cadit
i laicū:ſed eo reſpectu quo ſoluunt in ſignum dominij : poſ-
ſunt laici illas habere ex priuilegio.⁊ cadit i laicum:ſicut ius
patronatus.ſ.de iudi.quinto. ¶ Not.ix.ꝙ ſicut emolumen
tum fructuum perceptorum ex fundo diuidit inter domi-
6 num ⁊ colonum:ita onus decime comitatur ipſum lucrum ꝙ
⁊ ſic videtur onus decime eſſe reale de quo.j.cap.paſtoral.et
in queſtione quam firmat prima gloſſ.videlicet qua actione
petant decime.⁊ no.rationē ꝙ alia ratiōe dñs pcipit ptē fru-
ctuū alia ratiōe colon⁹.ille ei pcipit ratione terre.iſte vō ratiōe
culture:et ſic ppter idustriā ⁊ laborē.⁊ ob hoc q̄d ad ip3 videt
decima perſonalis.de hoc.ſ.eo.cap.cū ſint homines. ¶ De
7 cimo not.in ver.pretextu.ꝙ licet dei diſpenſator ſit malus:
non tamen debitor poteſt id in quo deo tenetur : pro libito
erogare.⁊ bene aduerte.quia iſte non dicit ꝙ non poſſit ex-
cipere contra nequā clericum:ꝙ ſibi ſoluere nō tenetur pro-
pter eius maliciam.quod facit ad queſtionem gloſſe de qua
ſtatim dicaz. ¶ Undecimo nota.ꝙ a ſententia lata ſuper ſol
uendis decimis non admittitur appellatio.quod eſt verum
ſecundum Hoſtien.quando laicus appellat ſolam preſcri-
ptionem vel conſuetudinem allegans:ſec⁹ ſi proponeret ſuf
ficientem exceptionem puta priuilegium:vel compoſitionē.
vt patet ex not.ſ.eo.a nobis. Ite3 ſecus ſi eccleſie ſuper hoc
litigant.de exceptio.cap.dilecte.Et not.ꝙ in queſtione deci
marum procedit ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij.quod intelli-
go vt in cle.diſpendioſam de iudi. ¶ Uenio ad queſtionem.
gloſſ.⁊ doc.⁊ primo quero.dicitur hic ꝙ decime ſunt tributa
8 dei.ꝙ ſed an ſit differentia inter illud tributum et tributum
quod debetur domino temporali.dicit gloſſ.prima ꝙ in tri-
butis non admittitur appellatio.in decimis ſic. Sed certe
in decimis tex.in fine cap.dicit contrarium.dic ergo.vt ibi di
xi.Item dicit gloſſ.ꝙ differunt in preſcriptio.quia decime p
ſcribuntur:non tributa.vt.l.competit.C.de preſcrip.xxx.vel
xl.an.ſed iſta differentia non eſt bona ſi referatur ad eaſdem
perſonas nam ſicut laici vel alij qui tenentur ad tributū non
preſcribunt.vt dixi ita nec hi(dem qui tenentur ſoluere deci-
mas non preſcribunt:cum habeāt malam fidem contra iura
decimas ſubtrahendo.vt in regula malefidei.⁊ capitulo.qui
contra iura.Sed vna eccleſia contra aliaz bene preſcribit de
cimas ſimiliter vnus dominus contra alium in ſubiectos vē
dicat pro preſcriptis tributum.facit quod not.in ſimili in ca
pitulo.auditis.ſ.de preſcriptio. In hoc ergo non differunt:
ſed conueniunt:ſicut in compenſatione:que non habet locū
in decimas.quod intellige.vt not.ſ.de re.eccle.non ali.capi.
vt ſupra.⁊ de re.permu.capitu.fina. Item conueniunt quia
decime vt tributa ſequuntur poſſeſſorem.j.capitu.paſtoral.
quod dic:vt dixi.ſ.cum homines.in tertia queſtione. ¶ Se
9 cundo quero ꝙ qua actione petantur⁴ decime.quidam ꝙ ac-
a tione confeſſoria.quidam ꝙ rei vendicatione quidā ꝙ actio
ne ex canone ⁊ hec vltima placet multis.ſcilicet. Ioan.An.

Ponit q-
ſtiones.

¶ Qua ac-
tiōe petant
qua actiōe
petant deci
me albe.i.l.
null⁹.C.de
inde.§.ſi.⁊.
l.extat.ff.qd
me.cauſa.

Hoſſ.Ala.⁊ Uincen.vt hic refert Ioan.andre.dominus Fe-
deri.deſ eñ.vt.dixi.ſ.eod.commiſſum.Hoſtien.dicit hoc po
tius in ſubtilitate:ꝙ in vtilitate conſiſtere.quia non habem⁹
neceſſe pponere actionē.vt.ſ.de iudi.dilecti.Ego dixi.ꝙ hoc
inueſtigare non eſt ſine vtilitate.quia licet non expediat ex-
primere actionis ſpeciem:tamen factum narratu3 neceſſario
oportet concludere in aliqua ſpecie actionu3.⁊ aliter in vna
ꝙ in alia ſit condemnatio:vt dixi.ſ.codē.commiſſum.⁊ di-
cto.capitu.dilecti.⁊ capitulo.cum dilectus.de ord.cog.⁊ in-
telligo hanc gloſ.ꝙ petantur conditiōes ex canone.cū quis
petit decimas a debente ſoluere:ſi autem ſit queſtio de pro-
prietate decimarum.vt fuit.j.capitu.dudum.tunc quandoq3
agitur confeſſoria:quandoq3 negatoria:quādoq3 ex lege cō-
ſuetudinaria.vt tu ipſe diſpice ⁊ de materia vide quod plene
not.xvi.queſtione.j.moderamine. ¶ Tertio quero dicitur
10 hic.ꝙ dñs tenetur ſoluere decimā de portione:quam perci
pit ſicut colonus de ſua.ſed quero.vtrum illud ſit verum ſi-
ne dominus recipiat quotam fructuu3:puta tertiā:vel quar
tam ſiue recipiat certas menſuras puta tres vel.iiij.corbes:
non plus glo.que incipit hoc intellige ⁊c.ſentit ꝙ idem ſit in
vtroq3 caſu.ſed tunc ob.ꝙ ſi integre aceruus decimatur a co
lono non videtur ꝙ ille corbes tres vel.iiij.que tradite ſunt
domino de aceruo:decima debeant plus decimari.vt in re-
gula.bona fides.ſolu.dicit gloſſ.immo decimarentur:ſicut ſi
de aceruo decimato aliquis illas corbes ratione terre:non ti
tulo lucratiuo vt in predicto ſimili:⁊ pro tanto dico.ꝙ ſi do-
minus dat fundum ſuum pro annua penſione:vel pro certis
menſuris ſibi debitis:natis:vel non natis fructibus:ſi colo-
nus integram decimam ſoluit dominus de predicta penſio-
ne vel menſuris ſoluere non tenetur.vt.j.eo.cum ſint.⁊ capi.
paſtoralis.nam fructus naſcituros videtur vendidiſſe:ſalua
decima.vnde fructus decimandi ſunt:⁊ non penſio ſiue ſpe-
cies debita.⁊ hoc verum vt dixi:quando penſio vel alia ſpe-
cies debetur domino propter terram ſua3:quā dat alijs exco
lendam.ſi vero non ratione dominij:ſed propter maioritá-
tem.quia defendit eum:vel cuſtodit:tunc quantumcumq3 ſit
decimatus aceruus:danda eſt decima de tali penſione vel cē
ſu.ſicut de militia ⁊ venatione.ſ.e.capitu.non eſt.⁊ hoc caſu
poſſet procedere queſtio huius gloſſ.cui eccleſie talis deci-
ma debeatur : an prediali:an parochiali iſtius recipientis.
dic ꝙ parochiali.quia quo ad iſtū dominū cenſetur illud qō
dam lucru3 ⁊ eccleſia predialis habuit a cultore predij integrā
decimā.⁊ per cōſequens nihil ſibi abeſt.ſi vero non in remu-
nerationem ſeruitij:ſed gratis ſoluit quis alteri penſionem
tunc ſi aceruus fructuum decimatus eſt:non videtur illa pē-
ſio a donatario decimanda ſecundum Inno.quod eſt veru3
de eccleſia prediali non parochiali.nam ſi cenſus vel penſio
exhibita ratione ſeruitij etiam decimato aceruo alteri proue
niens decimatur.vt dixi multo magis ſi gratis.quod ſentit
Ioan.andre. Ex predictis collige vnam differentiam inter
colonum partiarium:⁊ colentem nummos:vel pro certis men-
ſuris.primus enim ſi partem ſuam decimauit non tenetur
amplius decimare.ſed iſte ſecundus licet ſoluerit nummos vel
menſuras:tenetur tamen ad integram decimam.⁊ ſic i plus
11 ꝙ partiarius.⁊ ſi queras ꝙ que ſit ratio quare eſt melioris cō-
ditionis partiarius ꝙ penſionarius.dicit Inno.ꝙ partia-
rius exponit operas ſuas miſericordie dei:⁊ fortune:ſ3 mer-
cenarius eſt ſemper in tutu ⁊ in certo.Aduerte tamen ne ex-
noces quia Innocen.loquitur cum colonus recipit nummos:
vel certas menſuras.ſed ego ſuperius proſequutus ſu3 poſt
gloſſam cū domino dat pro terra nummos:vel certas menſu-
ras.vt in partibus meis vbi de terra recipio ſemen tantum.
ſiue laborator percipiat mille modia:ſiue nihil.de illo enim
ſemine non videtur : ꝙ debeam ſoluere decimam : ſed colo-
nus.dicit tamen gloſſa.hic ꝙ tantum minus ſoluet colonus
eccleſie:quantum ego recipio ratione terre.ſed hoc non pro
cedit in eccleſia prediali.quia ſic non haberet integram deci-
mam fructuum collectorum.vel ego de illis menſuris teneor
ſoluere.dico ergo ꝙ ipſe tenetur de integro aceruo dare de-
cimam:et poſtea mihi dare menſuras illas : vel ſemen.quia
cum dictis oneribus videt conduxiſſe:et ego ſibi locauiſſe.
⁊ pro hoc allego quod not. Innocen.j.capitu.cum non ſint
reprobata iſta gloſſa.que tenet contrarium diſtingue er-
go.ꝙ aut colonus recipit nummos : vel certas menſuras:
ſiue ſpecies : naſcantur fructus:vel non.⁊ tunc ſemper tene-
tur ſoluere eccleſie parochiali.quia illud videtur lucru3 per-
ſone ⁊ induſtrie:non terre aut ecōuerſo colonus percipit in-
tegros fructus:⁊ dat nummos:vel menſuras.⁊ tunc aut dat

ipſos domino

ipſos domino ratione terre: ⁊ tenetur ad integram decimã: ⁊ non dominus. quia videtur ſibi cum illo onere decime locaſſe. aut dominus recipit iſtas menſuras: vel numos ex fructibus redigendos nõ ratione terre: ſed ratione patrocinij: vel ſibi gratis dãtur. ⁊ tũc dominus tenetur ad integrã decimam de fructibus recollectis eccleſie prediali: ⁊ iſte qui menſuras percipit eccleſie parochiali. aut loq̃ris de colono partiario: ⁊ tunc integra decima ſoluitur prediali eccleſie a domi

12 no ⁊ colono. ¶ Sed hic incidenter quero † ſi pro aduocatione percipio aliquam quotam fructuum de predio alieno: an poſt ſolutam decimam integram eccleſie prediali ſoluã de eo quod mihi reſtat eccle mee parochiali. credo ꝙ ſic. quia quo ad me cenſetur illud lucrum ꝓueniens ex induſtria. ergo decima eſt cenſenda perſonalis. ideo eccleſie parochiali debenda. ⁊ ſic dicit Jo. and. ĩ. eo. cum ſint homines vbi tenet ꝙ colonus qui colit numis de eo quod ſibi reſtat deductis decima prediali: ⁊ ſumptibus tanꝗ de lucro perſone tenetur ſoluere decimam eccleſie parochiali. colonus autem partiarius detracta decima prediali non tenetur de eo: quod reſtat tãꝗ lucrum detrahere perſonalem decimam eccleſie ſue parochiali. ſed colonum qui recipit pro cultura numos: tenetur ſoluere de illis numis etiam decimato acerno fructuum. quia numi nõ ſuccedunt loco fructuum cum numi debeantur iſti fructibus nõ natis. ſed partiario non natis fructibus nil debet. ideo plenius ſuccurrendum. quia partiarius ſubmiſit ſe dei miſericordie numis colens in portu nauigat. hec tamẽ ratio facit. ꝙ colonus qui colit numis vel certis menſuris naſcantur fructus vel non. non debeat grauari in decima perſonali: ſed tantũmodo ꝑdiali. qua ſoluta de reſiduo vt de lucro non teneatur ad perſonalem. quia dei miſericordie ſe ſupponit: vt partiarius. immo magis. quia partiarius ſi nihil naſcitur: perdit operam: iſte operam ⁊ mercedem cõuentam. ⁊ hoc caſu poteſt eſſe verum. quia talin merces loco fructuum ſubrogetur. ⁊ adde iſta ad no. ĩ. eo. cum ſint homines. ⁊ per iſta habes glo. Innocẽ. ⁊ doc. que competentius ordinaſſem explicando pro ſe qualiter dominus de pẽſione cenſuũ vel de portione fructuum teneatur ſoluere decimam. ſecundo qualiter colonum partiarium vel qui colit numis: id eſt qꝛ numon dat vel accipit: vel mẽſuras certas: vel rem aliam pro cultura ter

13 re ad decimam teneatur. ¶ Quarto quero † vtrũ tenear dare decimas ſacerdoti meo, quem ſcio eſſe ſimoniacum. glo. q̃ incipit hoc ideo ⁊c. tenet ꝙ ſic. Idem Goffre. Phi. ⁊ Vincẽ. Sed Hoſtiẽ. contra ne videatur in ſuo peccato nutriri. arg. v. q̃. v. non omnis. ibi: vtilius eſurienti ⁊c. Non obſtat quod glo. dicit de iudeo. quia licet ipſe non audiat officium: tamen is cui preſtat decimas ipſum facit. vnde propter illius indeuotionem non debet amittere ius ſuum. ⁊ idem dicit Hoſtiẽ. de notorio fornicatore ſubdit tamen ꝙ propter iſtorum delictum parochianus non debet decimas lucrari: ſed autoritate dioceſani in vtilitate illius eccleſie conuertuntur. argu. de ſucceſſio. ab inte. c. vltimo. ⁊ de iudicijs cũ deputati. Ita dicit Jo. and. forte primorum opi. eſt verior. quia non reperit iſte caſus. ꝙ exceptis terminis poſſit ab adminiſtratione rerum eccleſie amoueri. ſed per accuſationem: inquiſitionẽ: vel denuntiationem. ſ. de appellatio. conſtitu. ĩ. de elec. tranſmiſſa.

14 † In exceptiõe tamen que non cõcernit delictum perſone: ſꝫ dilapidationis: vel male adminiſtrationis ſemper dubitaui: an poſſit opponi clerico exigenti decimas. videtur ꝙ ſic. naꝫ clerici ſunt procuratores: nõ domini. vt. c. ij. de dona. Sed ſi procurator eſt ribaldus: ⁊ de adminiſtratione ſuſpectus: debitor non tenetur ſibi ſoluere. vt. l. ſi cuꝫ cornelius. ff. de ſolu. nam ſi mutuo illi quem vere ſcio conſumpturum pecuniam in malum vſum: repetere non poſſum. vt. l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empto. facit. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi adoleſcenti luxurioſo. ff. man. ⁊ quicquid ſit de iure in exactione: tamẽ ad voluntariam ſolutionẽ vt ſcilicet debitor in decima teneatur ſe vltro offerre tali clerico non videtur: ſed cõſultius agit ſi ſuperiori denuntiet quid agendum anteꝗ illi ſoluat. nam ſibi propter maliciam clerici retinere non poteſt. vt hic. ibi cũ nulli ſit licitum ⁊c. quid ergo dices: ſi iſte qui tenetur ad decimam vtiliter diſpenſauit. quia pauperes ſumme indigentes elegit ⁊ eis erogauit. videtur liberatus. quia clericus tenebatur talibus erogare. ſi ille ergo ſoluit creditori creditoris videtur liberatus. vt. l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pigno. actio. poteſt dici contra. quia ante electionem nullus pauperũ poteſt dici creditor: nec debet clerico auferri beneficium eligendi ſine culpa. argumen. l. cum quidam. ff. de legatis ſecundo. cum ſimilibus.

1 ☞ Priuilegium de decimis laborum comprehendit noualia.

2 Conceſſo quod plus eſt videtur concedi quod minus eſt.

1 Ex parte. † Priuilegiũ de decimis laborum noualia comprehẽdit. et in prima decisa conſultatio. in ſecũda reſpõſio. ibi:

2 cum tibi. ¶ Not. primo regulam † ꝙ ille cui conceditur quod plus eſt. videtur conceſſum etiam quod eſt minus. econuerſo autem ſi cui interdicitur quod eſt maius: an videatur interdictum quod eſt minus. dic ꝙ non. nam prohibitus a maiori officio non videtur prohibitus a minori. prohibitus autem a minori non poteſt accedere ad maius. vt. l. relegatorum. §. ſolet. ff. de interdictis ⁊ relega. ⁊ eſt hoc vtile ſcire in materia ſuſpenſionis diuinorum vtrum prohibitus a miſſa poterit miniſtrare in minoribus officijs. vel econuerſo. facit. ſ. de ſenten. excõmuni. c. in cui. libro. vj. ¶ Opponitur dicitur hic. ꝙ iſte impetrauit decimas laborum parochiaruꝫ ſuarum ⁊c. Sed cõtra fruſtra precibus impetratur: quod de iure cõmuni conceditur. vt. ſ. c. cum contingat. ergo male impetrauit ſolutio ſcðm Pet. ⁊ Abb. ideo impetrauit. quia cõſuetudo erat contraria vel impetrauit cum integritate vt debita portio non daretur epiſcopo: que debet dari de iure. vt ĩ. c. j. ¶ Secundo opponitur de. c. tua. ⁊. ſ. §. j. ĩ. eo. vbi nõ veniunt in generali cõceſſione noualia. nam noualia ſunt diuerſa ab alijs. vt ibi: ⁊ in diuerſis autẽ ⁊ ſeparatis de vno ad reliquum non infertur. ff. de donatio. inter virum ⁊ vxo. l. ſi maritum. ⁊. l. ſi. de calum. ſolu. ibi concedebant ei qui de iure communi nullũ ius habebat ſcilicet laico. hic vero fuerat facta cõceſſio illi qui habebat ius: ſed priuilegio vel ꝓſcriptione ſuppreſſum. Ideo ſi de nouo ſibi conceditur late interpretatur. quia res facilius renaſcitur: ꝗ de nouo naſcatur. vt. l. ſi teſtamentum. ff. de teſtamen. ⁊. l. filio quem pater. de lib. ⁊ poſthu. ibi: non tranſlatus ſed redditus videretur ⁊c. et ex hoc infero ꝙ ſi conceſſio de qua in tex. fuiſſet facta extraneo non rectori eccleſie. non deberet extendi ad noualia. Nõ obſtat ille tex. vbi maius ⁊c. quia quando quod minus eſt habet legem precedentem contrariam. ſub conceſſione maioris non includitur quod eſt minus. verbi gratia. nã ſi pro homicidio imponitur pena pecuniaria: non debet tale ſtatutum extendi ad furtum: falſitatem ⁊ alia minora crimina que habent legeꝫ de per ſe ordinatam. vt not. Cy. in materia conſuetudinis. l. j. C. que ſit lon. conſuetu. ⁊ quod ipſe notat. in. l. quod fauore. de legi. ⁊. c. cui de non ſacerdotali. de preben. libro. vj. ⁊. l. ſi vina. de peri. ⁊ commo. rei ven. In connexis vero ⁊ non habentibus legis ordinationem contrariam facile arguimus de maiori ad minus: ⁊ econuerſo. vt hic. ⁊ dicto. §. ſolet. nam rationis indẽnitas non inducit legum correctionem: nec etiã maioritas. vt not. Cynus in dicta. l. j. ⁊ in autenti. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle. ad materiam facit. l. nec in ea. ff. de adul. ibi ſi qui occidere poteſt adulterum.

☞ Opponit in cõtrarium.

1 ☞ Negotiationis nomine mobilia et immobilia continentur.

2 Res empta de pecunia decimata quando venditur deducũtur expenſe.

3 Pretium quo res empta eſt an veniat nomine expenſarum.

4 Expenſa que fit in re vel circa rem: ⁊ ea q̃ fit in fructibus qualiter differant.

5 Decime perſonales ſtatim cum lucrum percipitur ſunt ſoluende.

6 Expenſe facte pro re vel in re empta cauſa mercimonij non detrahuntur de fructibus qui ex dictis rebus percipiuntur.

7 Decima ſequitur ſemper fructus.

Fructus transferuntur in alterum cum onere decime.

8 Res ex quibus fructibus nõ eſt ſoluta decima pluribus annis an tranſeat in aliũ cum onere decime tẽporis preteriti.

9 Expenſe facte pro re reſtauranda non conſyderantur in ſolutiõne decime.

10 Sterilitas in vno fundo non debet attendi quo minꝰ ex alio ſoluatur decima in fructibus in quibus deus principaliter operatur.

11 Verba contrahentium referuntur ad factum ⁊ ad cõmunem vulgi opinionẽ potius ꝗ ad ciuilem interpretationem.

12 Dominus ſi locat fundum ad dimidiam partem fructuum: et colonus ante diuiſionem velit deducere expenſas non debet audiri.
13 Fructus quid dicatur.
14 Lucrum conſiſtit in negotiatione.
15 Expenſe in re q̄ dicant. Que circa rē. nu. 16. Que in re. nu. 17.
18 Expenſe facte circa molendinum piſcariam ꝛc. an deducātur anteq̄ ſoluatur decima.
19 Decimā an quis teneat̃ ſoluere de eo qd̓ plus valet res quā emit pro decem que valebat centum.
20 Decima an ſit ſoluenda de immobilibus que obueniunt titulo gratuito.

Paſtoralis. Negotiator de lucro deci-
mam ſoluit deductis expē-
ſis: quas fecit de pecunia decimata. expenſas ta-
men quas fecit pro habendis fructibus nō dedu-
cit. de fructibus vero rerum decimas ſoluit nō deductis expē-
ſis factis pro fructibus habendis: ſiue pro re reſtauranda. et
ſunt due partes. in prima conſultatio. in ſecūda reſpōſio. ibi:
ad quod. ꝛ hoc ſubdiuiditur. quia primo tractat de expenſis
negotiationis. ſecundo de expenſis que fiunt pro habendis
fructibus. tertio de his que fiunt pro reſtauranda merce. ſecū-
da ibi: expenſas. tertia ibi: nec pro reſtaurando. ¶ Not. primo
ꝙ queſtio eſt formata in molendinis ꝛ piſcariis ꝛc. quod ex-
pone. i. prouentibus molendinorum: ꝛ piſcariarum ſm Jo.
and. de fructibus autem ex iſtis prouenientibus an ſint dedu-
cende expenſe ante ſolutionem decime merito dubitabatur.
quia lucrum ex iſtis potius percipitur hominis induſtria: q̄
naturaliter. vt eſt fructus terre. dicam. j. ¶ Secundo collige
1 †ꝙ ſub nomine negotiationis mobilia ꝛ immobilia includū-
tur. vt patet in ver. vt ſi vendatur. ꝛ hoc verum quo ad mate-
riam decime: in qua ſumus in alia materia qs dicatur nego-
tiator ſiue mercator. dic: vt not. Barto. in. l. ſeruis legatis. in
2 prin. de lega. iij. ¶ Tertio not. †ꝙ cum venditur res empta
de pecunia decimata ante ſolutionem decime de eo quod vē-
ditur deducuntur expenſe. ꝛ intellige de expenſis neceſſariis
vtilibus ꝛ voluntariis dūmodo nō fiant in fraudem eccleſia-
rum. ꝛ de iſtis tribus generibus expenſarū vide exēpla. ff. de
3 impen. l. j. ꝛ. l. neceſſarie. ¶ Sed incidenter queritur † an ſub
nomine expenſarum veniat pretium quo res empta eſt. dicit
Joā. and. ꝙ ſic. ſi primo illud pretium fuerat decimatum. alſ
ſecus. verbi gratia. lucratus ſui. x. ex quibus ſolui vnum no-
mine decime: de illis nouem emo equū: quem vendo. xx. no-
mine decime ſoluam vnum tantum. ſi vero illa. x. primo lucrata
non fuiſſent decimata ſoluerem duo. ¶ Aduerte tamē quia
ſi rem emptam de pecunia non decimata emptor nō vendat:
ſed retineat. dicit Jo. and. ꝙ ſicut decima pars pecunie erat
eccleſie: ſic eius debet eſſe decima pars rei empte. ad hoc. ſ. ō
3 l.j.⁊ per totũ.⁊.j.de deſpon.impub.a nobis.⁊.c.tue.† Item talis minor doli capax.obligatur diabolo delinquẽdo.j.de delic.pue.c.pueris.multo magis deo bene agendo:⁊ profitẽdo obligari videtur:⁊ iſta fuit opi. Hugu.quã doc.reprobãt. nõ ob.ſimilitudo predicta nec eſt bona ꝗꝛ peccatum ſine deliberatiõe committitur nec diabolus auctor peccati querit deliberationẽ hominis ſed caſuȝ.ar.xvi.q.ij.viſis poſt princi.deus aũt qui neminem inſidiatur.vult ꝙ ſeruus deliberet anteq̃ votum emittat xxvij.q.j.nuptiarũ.⁊ de cõſe.diſt.iij.queris.

1 ❡ Habitus delatio inducit profeſſionem anno elapſo.
2 Epiſcopus poteſt cogere monachos ſue dioceſis ad obſeruantiam regularem.
3 Dupliciter reprobatur.
4 Profeſſus tacite poteſt cogi expreſſe profiteri.
5 Ingreſſus monaſterium an ſemper habeat annuȝ ad profitendum:⁊ poſſit exire infra annum.
6 Minor deferens habitum diſtinctũ diſtinctionẽ patenti non obligatur factus maior quantocũq; tempore deferat

Ex parte. Qui vltra annum defert habituȝ monachalem in monaſterio vbi ſunt habitus indiſtincti tacite dicitur eſſe pfeſſus.
1 communis diuiſio.ſ2a ibi:ideoq;. ❡ Primo not.† ꝙ delatio habitus inducit profeſſionẽ ãno elapſo. ⁊ de quo habitu intelligat dic vt dicã.j.c.prox. Quid aũt ſi quis in monaſterio ſtetit per annũ in habitu ſeculari.dic vt.ſ.de elec.ad no
2 ſtram.cũ cõm. ❡ Secũdo not.† ꝙ ſpectat ad officium epiſcopi cogere monachos ſue dioce.ad obſeruãtiam regularem de
3 quo dic vt not.ſ.de offi.ordi.quanto. ❡ Tertio no.† ꝙ duplicitas reprobatur hinc dicitur de duplici corde ⁊ vſq; quo claudicans in duas partes.vt in glo. ❡ Quarto not.† ꝙ tacite profeſſus cogi põt expreſſe profiteri.⁊ hoc poteſt eſſe qñ de ſua profeſſione tacita queſtionẽ mouet ipſam negãdo. vt ſic propter
Ponit queſtiones. indebitam cõtrouerſiã in hoc grauetur. ❡ Quero qñ eſt verũ.
5 ꝙ † poſt ſuſceptum habitum qui ſuſcepit habeat annũ ad profitendum:⁊.j.annum poſſit exire.dicit glo.ſi.in ſi.ꝙ hoc eſt verum:quãdo non eſt diſtinctus habitus monachorũ nouitiorũ ab habitu profeſſorũ.ſi ergo habitus ſunt diſtincti tunc quantocunq; tẽpore quis ferat habitũ probatiõis:non cenſetur profeſſus nec cogitur illã regulam profiteri.ſecũdum Innocen.⁊ dicit ab.ſe vidiſſe literam abſolutoriam dataȝ ſuper hoc cuidã monacho qui bene per.xx.annos ſteterat in habitu probationis.qđ eſt verũ:qñ eſt diſtinctio patẽs in colore ſciſſura vł forma qđ dic.vt.j.e.in cle.eos.vbi gl.dicit in habitu nouicioꝝ latẽter diſtincto vł indiſtincto:vel indiſtinctiſſimo.dũmodo receptus fuerit ab altero delato per annum inducit tacitam profeſſionem ⁊ hoc indubitatum delatio vero habitus nouitiorũ patẽter diſtincti vel indiſtinctiſſimi vbi receptus fuerit ab impubere per lapſum anni non inducit tacitam:⁊ in his caſibus verũ eſt dictum ab.de quo.ſ.⁊ dic de hoc etiam.vt not.in dicta cle.eos.⁊.c.j.j.eo.lib.vi.⁊ ibi differentia inter minorem ⁊ maiorẽ deferentes habitum indiſtinctiſſimũ per annum.quia per talem delationem minor non intelligitur profiteri:ſed maior ſic ⁊ rationem differentie ibi vide.⁊ aduerte.quia Ioan.and.ſen
6 tit † quod minor deferens habitum diſtinctũ diſtinctione patenti non obligetur factus maior quãtocunq; tempore deferat quid ergo de maiore ſumente habitum ſic diſtinctũ ⁊ deferente eum per plures annos:vel per annũ.videtur tenere hic Inno.quod etiam deferendo vltra annum non obligetur.⁊ ð iſta diſtinctione exemplifica.vt not.j.eo.c.j.lib.vj.cõiuncta dicta cle.eos.cum ibi no.Et hec que dicta ſunt de profeſſione tacite preſumenda ex delatione habitus habẽt locum cũ expreſſa proteſtatio non preceſſit.ſ.quod per delationẽ habitus annalem non intendit obligari:tunc eñ proteſtatio excludit tacitam profeſſionem.quod dic:vt dixi.ſ.eo.c.ij.Item habẽt locum cum aſſumptionem habitus non preceſſit votum: vel propoſitum profitendi:vel renuntiatio proprij:vt.ſ.eo. conſulti. Item habẽt locum cum expreſſe quis non fecit profeſſioneȝ in manibus alicuius habẽtis poteſtatẽ incorporandi.quod dic: vt dixi vt.ſ.e.porrectum.ex verbis ergo ex actibus ⁊ permiſtiȝ ex verbis ⁊ habitu reſultat profeſſio efficax.vt apparet ex predictis ⁊c.

1 ❡ Nouitij qui dicantur.Qualiter cognoſcantur a pfeſſis.nu. 4.⁊ nu. 5.
2 Ingrediens religionem habet annum probationis.Excipiũtur quatuor caſus.
3 Renunciare quilibet iuri põt p ſe introducto.
6 Clericus ſi religionem ingrediatur:an infra annũ probationis poſſit eps eius beneficium alteri conferre ꝙ non.
7 Sponſa non tenetur expectare ſponſum ingreſſum religionẽ infra annum probationis.
8 Nouitios percutiens an ſit excommunicatus.

Statuimus. Infra pbationis annũ libere quis redit ad ſeculũ:niſi pfeſſionem fecerit tacitaȝ:vel expreſſaȝ:vel appareat eum vitam voluiſſe mutare.hoc primo.ſecũdo dicit ꝙ ad hoc vt cognoſcantur nouitij a profeſſis:debẽt veſtes profeſſionis tempore benedici. ſecunda ibi:nihilominus. prima pars tria facit ponit dictum
a ⁊ quo.ſecundo excipit ibi:niſi exceptionis rationem ſubdẽs ibi cũ quilibet. ❡ Primo no.qui dicantur nouitij* † Illi eñ
1 dicuntur qui nouiter ſunt recepti.quod intellige nullo precedente voto.alias contra.vt.j.qui cle.vel vo.c.fin.⁊ dicit Hoſti. quod nouitius ⁊ habitus nouitiorum:⁊ habitus probationis idem ſignificant.⁊ ad id quod hic dicitur de anno quid iuris. ſi annus fuit intermiſſus.⁊ quid iuris ſi detulit in domo.vide quod not.Barto.in.l.fin.§.nouitia.de publi.remittit ad ſpec. de ſta.mo.§.j.verſic.xxviij.fact.l.non ſo.§. annus.ff.de excuſ. tu.⁊ dixi in.c.ad apoſtolicã.ſ.e. ❡ Secundo not.regulã ⁊ qua
2 tuor caſus exceptos.regula eſt † quod ingrediens habet annum probationis.ab illa regula tex.excipit quatuor caſus.primus ſi recipit habitum profeſſorũ. ſecund⁹ ſi fecit profeſſionẽ expreſſam.tertius ſi detulit habitum vltra annuȝ quod intellige vt.ſ.c.proxi.quartus ſi apparet qđ voluit omnino dimitte
3 re ſcłm.quod dic:vt.ſ.c.ij.⁊.c.ſuper eo. ❡ Tertio not.† quod quilibet poteſt renuntiare iuri pro ſe introducto quod in caſu noſtro quomodo procedit.dic:vt dixi.ſ.c.ad apłicam.⁊ generaliter de materia dic vt dixi i.c.ſi diligẽti de fo.cõpe. ❡ Quar
4 to not.† quod per ſigna debent diſtingui nouitij a profeſſis:ſimiliter xpiani a iudeis.j.de iude.in nouella.⁊ dixi ſupra.e.vidua.ſine ſignis enim non cognoſcitur liber a ſeruo:nec dominus a famulo.ſed per ſigna ſic.vt notat Barto.in.l.j.§.familie ff.de publica.ſimiliter paterfamil.a fi.fa.vt.l.j.ff.ad ma.⁊ meretrix a matrona.vt.l.item apud labeonem.§.ſi quis virginem. ff.de iniurijs.⁊ eccleſia habens curam a non curata.vt ſupra de electi.quod ſicut.⁊.j.de religio. do.capitulo.j.fact.l. quia
5 difficile.ff.de contrahend.empti. ❡ Quinto nota † quod per benedictionem veſtium diſtinguuntur profeſſi a nouitijs.⁊ qui recipit talem veſtem ſcienter intelligitur ſtatim profeſſus ſi pſeuerat triduo:⁊ eſt obligatus religioni non illi preciſe:ſed in genere:niſi in ordinibus mendicantium.quod dic:vt.j. codẽ. capitulo.j.libro.vj.⁊ iſta diſtinctio per benedictionem latens eſt ⁊ diſtinctio patẽs in ſciſſura veſtiũ:vel colore: vel forma.de qua.j.e.cle.eos.Itẽ ⁊ per alia ſigna poſſunt diſcerni.puta ꝗꝛ nullus nouiti⁹ ſtat ſupra choꝝ.nullus hȝ vocẽ i caplo. ſi ǵ vtat nouitius iſtis ſignis abbate ⁊ fratribus ipſum certiorantibus et conſentientibus profeſſus videtur infra.eo.capi.j.lib. vj.et
Ponit queſtiones. quod dixi.ſ.c.vidua. ❡ Querit gl.† ſi clericus habẽs bñficiuȝ
6 religionẽ ingredit.an.j.annum pbationis poſſit epus ſuũ bñ

❡ Qui dicant nouitij Vide bar.ĩ l.ſi.§.qties ff.de publica.⁊.l.cũ vectus.ff.ð vino tritl. et ol.leg. Io. de turre cremata i.c.de gradibus. xxxv.q.viij Cardi.i cle. ſi.i princ.de penis.gl.ordinaria.l.c.gñali.ðelec. in.vj.

ſi cũm alteri conferre. vel debeat expectare finem anni. ſimilis
eſt queſtio de ſpōſo q poſt deſpōſatonē accepit habitū mona-
chalē: quod poteſt. vt. ſ. ti. c. j. ex publico an deſpōſata poſſit ſta-
tim alteri nubere vel expectare finem anni. in prima queſtio de
clerico glo. diſputat: cōcludit. ꝙ epiſcopus teneatur epiſcopū
expectare ⁊ interim facere beneficio deſeruiri p aliū. ⁊ bene di-
7 cit per. c. beneficiū. ſ. e. lib. vj. ¶ In ſecunda dicit ꝙ ſponſa nō te
neatur eū expectare: ſed pōt indeq terminū anni illi abbreuia
re ad profitēdam vel exeundum. qꝛ in matrimonio ceſſat ratio
ſeruiendi p alium cōclude ergo ꝙ. ſ. tēpus probationis ingre
diens retinet titulum beneficij ſui. ⁊ ſi ad ſeculū reuertitur ipſꝫ
recuperat. vnde ſi aliqua legauerat vel dimiſerat in ingreſſu:
dicit Joan. and. ꝙ ſi nil. fuit proteſtatus non eſt queſtio qꝛ p id
patet ꝙ voluit vitā mutare. Si vero pteſtatus fuit ꝙ cōditio
naliter intrabat oīa recuperat. qꝛ preſumitur cā mortis donaſſe
niſi aliud in donatiōe fuerit dictū. ff. de dona. cā mor. l. mortis
cauſa. ⁊ no. hoc dictū ꝙ legādo bona tpe ingreſſus eſt argumē
tum ⁊ iudiciū: ꝙ voluerit vitā mutare Idē ⁊ multo magis ſi ſe
⁊ ſua monaſterio obtulit: vel proprijs dīno renūciauerit: vel ca
ſtitatē ⁊ obedientiā ſolēniter ꝓmiſerit. hec eñ ⁊ ſimilia ſunt ſi-
gna euidentia dimiſſionis ſeculi ſm Hoſt. ⁊ ſcḋꝫ iſta illa qḋ le-
giſtarum de illo qui tpe ingreſſus donauit oīa bona ſua: an ſi
exijt de monaſterio ipſa recuperet nō ꝓcedit. qꝛ exire non pōt.
qꝛ expreſſa bonoꝝ oblatio infert dimiſſionē. tacita autē que re
ſultat ex ingreſſu non importat hunc effectū vt in aut. ingreſſi.
C. de ſacroſan. ec. ¶ Tangit Joan. an. circa iſtos nouitios ſi qs
eos pcutit an ſit excōicatus. videtur ꝙ nō. qꝛ nō ſunt pſone re-
ligioſe. arg. ff. de ſta. li. l. ſtatu liberum. ⁊ hoc tꝫ ab. qḋ nō eſt ve-
rum. vt. ſ. de ſen. ex. c. ſi religioſo. li. vj. querit etiaꝫ an tacite pro
feſſus poſſit eligi in abbatem ⁊ de nouitio. an poſſit eligi in epi
ſcopum. ⁊ an receptio habit⁹ pfeſſionis habeat pfeſſionē taci
tam. no. hic Hoſti. que omnia expedita ſunt. vt. ſ. de elec. nullus
⁊. ſ. c. conſtitutionem lib. vj.

1 ¶ Delictum ſubditi imputatur prelato negligenti.
2 Concilium prouinciale debet annis ſingulis celebrari: ⁊ in ipſo
de fugitiuis inquiri.
3 Monachi fugitiui ſunt inquirendi. ⁊ nu. 5.
4 Fugitiuus dicitur qui manſit extra monaſterium: ⁊ ſe celauit
alibi ⁊ licet poſtea penitentia ductus redierit ad monaſteriuꝫ.
6 Eiectus de vno monaſterio debet in alio monaſterio collocari
⁊ ſi nolit eum recipere poterit cogi per preſidentes. Quis mi-
niſtrabit ei neceſſaria nu. 9.
7 Concilium prouinciale habet poteſtatem excōmunicandi mo
nachos fugitiuos. ⁊ faciendi eos denuntiare.
8 Diſciplina monachi delinquentis cōſiſtit in ſeptem gradibus
10 Monachus fugitiuus cui querat.

De religioſi. Religioſi fugitiui annuatiꝫ
ſunt reuocādi ⁊ cogēdi vt ad
monaſteriū reuertāť. et ꝑmittiť cōſtitutiōis eiꝰ. ſcḋo
ponitur cōſtitutio. ibi. ſtatuimus. que duo facit. pri-
mo prouidet circa fugitiuos ⁊ eiectos obedire paratos. ſecūdo
circa inobedientes ibi: ſi vero iterū. primo ꝓuidet cū receptio-
nem regula patiť. ſcḋo cum nō patitur ibi: ꝙ ſi. vbi etiā diſtin-
guit an ſubſit ſcandalum vel nō. ſcḋa ibi: alioqui. ¶ Primo no
1 ta. ¶ ꝙ delictū ſubditi imputať prelato negligēti. eō coꝛ. de offi.
ordina. irrefragabili. xliiij. diſtinctio. ephe ſis. ⁊ in gl. ¶ Scḋo
2 not. ¶ quod prouinciale concilium debet omnes ſingulis cele-
brari. ⁊ in ipſo de fugitiuis inquiri: ⁊ alijs de qbus. ſ. de ſta. mo
3 na. in ſingulis. ¶ Tertio nota. ¶ quod monachi fugitiui ſunt
inquirendi. concoꝛ. C. de agri. ⁊ cen. l. omnes omnino. libro vn
4 decimo. ⁊. C. de ſeruis fugitiuis. l. inquirendi. ⁊ l. quicunqꝫ. ¶ ⁊
dicitur fugitiuus: qui manſit extra monaſterium ⁊ ſe celauit.
alibi licet poſtea penitentia ductus redierit ad monaſterium.
5 ff. de edi. edic. l. quid ſit fugitiuus. ¶ Quarto nota. ¶ quod fu-
gitiuos ⁊ eiectos debet monaſterium reuocare ⁊ recipere quā
doqꝫ ſcilicet ſi ordo patitur. ⁊ regula benedicti circa hoc ſtatuit
quod qui ter exiuit amplius non admittitur. vt. in. xxix. c. regu
6 la. ¶ Quinto nota in verſicu. quod ſi hoc. ¶ quod eiect⁹ de vno
monaſterio dꝫ in alio monaſterio collocari. ⁊ ſi illud aliud mo
naſteriū nolit taleꝫ recipere: poterit cogi per iſtos preſidentes
nam cum ad hoc gerant vices pape vt in textu patet eluſoria
eſſet hec poteſtas ſi coercionem aliquaꝫ non haberet. ⁊ de offi.
dele. preterea ⁊ capitulo ex literis. ⁊ hoc verum. quod debēt ad
hoc cogere. vbi ſcandalum immineret. vt dicit text. forte enim
tot ⁊ tāta ſcelera cōmiſit: qḋ fratres eius cōſortiū abhorrentes
dicunt qḋ ſi ille reducať oēs exibunt. Hoſti. intelligit. qḋ tales
debēt recludi i ergaſtulis ⁊ carceris fortib⁹. ne īde valeāt exire

7 infra de penis. tue. ¶ Sexto not. ¶ quod concilium prouincia
le habet poteſtatē excōmunicandi monachos fugitiuos: ⁊ fa-
ciendi eos denuntiari. epiſcopi etiam hoc poſſunt facere. vt. ſ.
eo. non eſt. nam per poteſtatē iſtis nouiter conceſſam nō vide
tur adēpta poteſtas eorum ordinarijs cognoſcendi de iſtis. p
quo dicto vide que dixi. ſ. de offic. le. c. ſtuduiſti. Sꝫ quid ſi iſti
prelati ad monitionē iſtorum preſidentium nolunt iſtos fugi-
tiuos denuntiare excōmunicatos. quidam dicunt quod debēt
denuntiare hoc pape. ſ. de ſta. mo. in ſingulis. quod intelligit
Hoſti. verum de epiſcopis. minores eñ prelatos coercere po-
terūt. de offi. oꝛ. ſane debent ergo prelati inuicē ſe iuuare: ⁊ au
xilio eſſe. vt. ſ. de offi. oꝛ. cum ab eccleſiaruꝫ prelatis. ad quod
vide no. ſ. de re iu. paſtoralis. in cle. in queſtione de remiſſione
delinquētis ad locum delicti. ¶ Quero quid vult dicere text.
ſalua ordinis diſciplina compellant ⁊c. dicit glo. quod incipit
hoc eſt ⁊c. quod agent penitentiaꝫ: vt dictat regula illius ordi
8 nis. dicit Hoſti. ¶ quod ſm regulaꝫ beati benedicti diſciplina
monachi delinquētis conſiſtit in ſeptem gradibus. primus eſt
ſtricta monitio. ſecundus publica correctio. Tertius ſimplex
minor excōmunicatio. quartus ieiunij afflictio. quintus flagello
rum vapulatio. ſextus ad deum oratio. ſeptimus de monaſte-
rio expulſio. ⁊ dixi hoc colligi ex. xxiij. c. de excommunicatis ⁊
xxviij. de his qui ſepius correcti emendari noluerit: ⁊ ſi ſic ex-
pulſus penitens redire voluerit: recipitur vſqꝫ ad trinam vicē
⁊ non vltra. ¶ Scḋo q̄ro dicitur hic in verſicu. ꝙ ſi ordo non
patiť iſtos recipi in alijs religioſis domib⁹ eiuſdē ordinis ne-
9 ceſſaria miniſtrēt ⁊c. ¶ Sꝫ q̄ritur qs miſtrabit ei neceſſaria: an
abbas prioris monaſterij: vel iſtius. ſm glo. fina. tꝫ quod ab-
bas primi ſiue de bonis illius aliquid recepit: ſiue nō. ⁊ hoc vi
detur placere Inn. Hoſtiē. diſtinguit aut incluſus a principio
habuit bona: aut non: ſi habuit de illis alitur. vt dicit gloſſ. ſi
non habuit vel habita non ſufficiunt. ⁊ vtrūqꝫ monaſteriū ſuf
ficit prouideat primum. quia ſuus monachus eſt vel fuit forſi-
tan eñ ſm ſatis de ſola incluſione grauatur. primū igitur hoc
faciat in memoriaꝫ priſtine fraternitatis. C. de queſti. l. ſeruos
de pac. do. l. inter ſoceruꝫ. §. conuenit. ſi vero alterum monaſte
riū ſufficit illud prouideat. argu. de inſti. c. j. Si vero neutrum
ſufficit contribuat capitulum generale. de ſtat. mo. in ſingulis
⁊. c. fina. in ſubſidium recurratur ad epiſcopum. xc. di. §. j. ⁊. c. j.
xij. q. j. precipimus. ⁊. c. eccleſiaſticoruꝫ. ⁊ hec omnia exequi po
tuerunt preſidentes auctoritate pape ſibi cōmiſſa: ſaluo quod
eſpm nequeunt coercere (vt dixi. ſ.) ⁊ faciūt iſta ad queſtiones
diſputatas p dominū Fed. ſi monachus vnius monaſterij eſt
effectus abbas alterius. ⁊ renuntiat abbatie ꝓpter crimē: vel
ex honeſta cauſa an remaneat monachus primi monaſterij ali
as ſcḋi. dic vt in. v. ⁊. xviij. diſputatione in ordine conſiliorum.
10 ¶ Tertio quero ¶ cui querat monach⁹ fugitiuus. Jo. an. hic
tractat ex cuius dictis elice tres caſus. nam qñqꝫ nō mutat ſta
tum dū eſt in fuga. quandoqꝫ mutat ſtatū ſe ad religionē aliaꝫ
transferēdo. quandoqꝫ ad dignitatē promouetur. primo caſu
quādo nō mutat ſtatū q̄diu eſt in fuga: q̄rit monaſterio. ſicut
ſeruus dño. ff. d acq. po. l. j. §. j. nec in eo diſtinguať ſicut in ſuo
ſteterit diu in poſſeſſione libertatis: vel nō. nā ſiue ſteterit: ſiue
non monaſteriū oīa reuocat. qḋ eſt verū. qñ ꝯſtat de monacha
tu q̄ caſu nullo tpe ſe tueri pōt ex fuga. xviij. q. ij. abbates. Si
aūt de hoc nō cōſtat: dꝫ de hoc inquiri de plano: ⁊ ſine libello.
quia ſuos dei ⁊c. de accu. olim. xj. q. j. ſi quis cū clico. ¶ Scḋo
caſu. ſ. cū ſe transfert ad aliā religionē: tūc aut illicētiatus: ⁊ ad
laxiorem: ⁊ adhuc acquirit primo. ſ. c. Joannes. aut arctioreꝫ
⁊ petita ⁊ obtenta licentia: vel negata ſine cauſa: ⁊ acquirit ſe-
cūdo. ſ. eo. licet. ⁊ iam nihil habet cōmune cuꝫ primo. de renū.
ex tranſmiſſa. xxi. q. ij. ſi quis iā tranſlatus. ſic intellige de ſan.
epi. §. ſi monachus coll. v. ⁊ de mona. §. ſi vero. videtur eñ pri-
muꝫ monaſteriū hoc caſu habere eū pro derelicto. vñ ſibi non
querit: ſicut nec ſuus dño quē habet ꝑ derelicto. C. de la. li. tol
l. vna. §. ſꝫ ſcimus. ⁊ hoc verū poſt tranſitū pfectū. ſi vo primū
monaſteriū licētiauit monachū. vt trāſeat ad ſtrictiorē religio
neꝫ: ⁊ anteq̄ tranſeat aliqua acqſiuit ſucceſſione: donatione: vl
aliter illud querit monaſterio primo licet poſtea tranſeat ad ſe
cundum vigore dicte licentie. ⁊ ita tenuit diſputando Bartol.
brixien. dominicali. vij. de qua. q. in ſpect. de ſtatu mo. verſic.
xl. ⁊ ſe. ¶ Tertio caſu ſi monach⁹ fugitiuus promotus aliqua
acquiſiuit an eccleſie ad quam promotus eſt: vel monaſterio
vnde fugit acquirat. Ja. canonicus bonon. tenuit diſputando
quod acquiſita intuitu eccleſie erunt ipſius eccleſie. de teſta. cū
in offi. acquiſita vero intuitu perſone: competant monaſterio.
in dubio diſtinguebat: an a propinquo: an ab extraneo obue-
nerint vt. c. requiſiti. de monacho exēpto vel erecto cui q̄rat. dic
vt no. ſ. de iſan. lan. ex. c. vno in glo. penul. ⁊. xxiij. q. ij. abbates.

Et circa

Et circa iſtam materiā monachorum tene mētī regulam ꝙ iu-
ra que loquūtur in acquiſitione fienda per ſeruos habēt locū
in monachis vt no. Bar. in .l. ſi. de ſtip. ſer. et remittit ad not. p
Inno. in. c. cum olim. ij. de priui.

De cōuerſione coniugatorum Rubrica.

¶ Viſo in genere de trāſeuntibus ad religionē. de cōiugatis
tranſeūtibus videamus. habetur de materia. xxxij. q. v. ⁊ xxvij
q. ij. ſunt qui dicunt. cū. ſe. c. ſeq. cū cōuenit de cap. c. penultio.

1 ¶ Dans alij licētiā vel aliter promittēs non videtur ſe ad
aliquid obligare.
2 Coniugatorum vnus quādo religionem ingreditur alio in ſe
culo remanente poteſt ad ſeculum reuocari.
3 Vxor iuuenis ſi dat licentiā et cōtinentiam vouet: cogitur in
trare monaſterium.
4 Ingreſſus monaſteriū qui poteſt reuocari: an poterit ꝓpā
auctoritate exire.

PReterea. Si vir de vxoris licentia
profitetur: et ipſa vxor ſuſ-
pecta nec cōtinentiā vouet: nec religionē in
greditur: epiſcopus virum vxori reſtituet. cō-
muniſ diuiſio. ſecūda ibi. dicimus. ¶ Primo
1 no. † ꝙ ille q alteri dat licētiam: vel aliter per
mittit nō videt ſe ad aliquid obligare. ¶ Se
2 cundo no. † ꝙ quid iuris cum vnus cōiugatoꝝ religionem in-
greditur alio in ſeculo remanente: nō tenet illius ingreſſus. et
ideo poteſt ad ſeculū reuocari. vt ergo trāſitus ſit de iure vali
dus requiritur. ꝙ etiā alter profiteatur: nec ſufficeret vouere:
ſi eſſet iuuenis ⁊ ſuſpecta. vt. ſ. e. cum ſit. ¶ Sed oppo. ⁊ vide-
tur. ꝙ ſatis ſit remanenti in ſeculo dare licentiam. ⁊ vouere p. c.
agathoſa. alle. in glo. que intelligit illud. c. ⁊ ſimilia ⁊ iuuene et
ſuſpecta cuius licentia non ſufficit etiā ſi per cōtinētiam. cōtra
3 loquitur de ſene non ſuſpecta dixit tamen Inno. † ꝙ ſi vxor iu
uenis licentiam dedit: ⁊ continentiā vouit cogitur intrare mo
naſterium nō qḋ fiat monacha: nec viuat monialiter: ſed refre-
nabitur a vagationibus ⁊ cuſtodietur ne poſſit luxuriari. ⁊ vt
mala ſuſpitio euitetur. ad hoc. ſ. e. vxoratus. in ſi. ⁊ idē not. In-
no. ſ. c. ſignificauit. Hoſti. improbat illud dictū duplici ratione
prima qꝛ iura nolunt iſtam cōmiſtionē non profeſſoꝝ ad pro-
feſſos. ꝫ. c. j. vt clerici. ⁊. c. vidua. Itē qꝛ iſta non peccauit: quare
debeat in ergaſtulo poni ſicut dicitur. xvj. q. vj. de lapſis. tenet
ergo Hoſt. ꝙ iſta poſtꝙ licentiam dedit: ⁊ cōtinentiam vouit:
cogitur profiteri. ⁊ ſi dicatur nullus preciſe cogitur ordinari:
vel profiteri. de eta. ⁊ qua. querēs. xxxij. q. integritas. Reſpon-
deo illud verū in illo cui non eſt quid imputetur: ſꝫ iſta vouen-
do ex quo propter hoc votū recepta eſt viri profeſſio: ſe ad hoc
obligare videtur: ⁊ alijs rationibus cōfirmari videtur hoc. ſ. c.
ſignificauit. vbi tñ glo. videtur inclinare qḋ nō ſit cogēda talis
iuuenis: non ſuſpecta: que nouit: ſꝫ vir debet ſibi reſtitui officio
iudicis. qḋ eſt verum. quando mulier dedit licētiam viro: ſꝫ nō
vouit continentiam cū eñ vouit eſt vera prima pars illius gl.
c. ſignificauit. vbi Hoſti. diſtinguit. qꝛ aut mulier cuius vir in-
greſſus eſt religionē omiſit votum ſolēne: aut ſimplex: aut nul
lum. ſi ſolēne cogitur. vt. ſ. c. ex parte. ij. ſi vero ſimplex vel nul-
lum nō cogitur profiteri immo potius vir dꝫ ei reſtitui: nec vi-
detur ſe obligare ad id: quod pōt probabiliter ignorare ſꝫ iſta
obligatio profeſſiōis illius qui remanet in ſeculo venit ex qua
dam cōſequentia ad validandā profeſſionē ingredictis: quam
mulier preſumitur ignorare. qꝛ ſibi ſicut agricultori ⁊ rerum
forenſiū inexperto permittitur talis ignorantia. ff. de proba.
l. cum de indebito. ⁊ per hoc dicit iſte tex. nec ꝑpetuā continen
tiam vouente nam ſi vouiſſet poſſet cogi: ⁊ dictum eſt ⁊ hoc vi-
detur tenere. do. fede. de ſenis. cōſ. xxxvi. qui dicit. qḋ. illud qḋ
hic dicitur de auctoritate epī vel vicarij nō eſt de ſubſtantia. nā
ſine ipſa valebit profeſſio vnius alio remanēte in ſeculo ⁊ vouē
te. vt dixi. no. xxvij. q. ij. ſi vir. ⁊ ibi no. hu. ⁊ la. ⁊ idē hic Innoc.
in. ſ. glo. Item ꝙ mulier ingrediatur religionē poſito qḋ ſit iu
uenis ſuſpecta non eſt de ſubſtātia profeſſionis: ita dicit in. d.
4 conſi. ¶ Querit Io. an. † iſte qui poteſt reuocari poterit pro-
pria auctoritate exire ex quo vxor non vouerat licet licentiam
dederit videtur ꝙ ſic. qꝛ ſi pōt reuocari inuit⁹ ergo poteſt cogi
actionem preuenire: ⁊ facere de neceſſitate virtutē. naꝫ cum in
greſſus eius fuerit illicitus: multo magis perſeuerātia in hoc
malo quo poteſt prebere vxori cauſaꝫ adulterandi. ergo debet
occurrere vt in ſimili dictuꝫ eſt. ꝫ. ti. j. c. veniens. ⁊ iſte rationes
inferunt. ꝙ etiam ſi de voluntate vxoris nō vouentis intraſſet
exire poterit. dicit tamen ab. ꝙ tutius eſt ꝙ officio iudicis fiat
eius reductio ad coniugem: quam ad petitionem ſuam. ⁊ ſic in
telligit illud capitulum.

1 ¶ Obligatio duorum voluntate contracta alterius volun-
tate diſſoluitur iuris diſpoſitione.
2 Papa ſuper matrimonio non cōſummato per carnalem copu
lam poteſt conſtitutionem facere ⁊ ipſum diſſoluere.
3 Obligatio matrimonij carnali copula cōſummati fortior ē ꝙ
non conſummati.
4 Maritus ſi violenter extorquet carnalem copulam a deſpon-
ſata: an propterea priuetur cōmodis que antea habebat.
5 Sponſalia an extinguantur totaliter per ingreſſum alterius
in religionem.

VErum. Ante carnalem copulam alter cō-
iugum reliquo inuito religionem
ingredi poteſt ⁊ remanens in ſeculo pōt ad ſecūda
vota tranſire. ponit dictū: ⁊ ipſius rationē. ibi: qꝛ
1 cum. ¶ Nota primo. † ꝙ obligatio duoꝝ volūta-
te contracta alterius voluntate diſſoluitur iuris diſpoſitione.
⁊ hoc propter fauorem religionis ⁊ ſic ex cauſa ſine cā vero ius
prouenieus ex perſona ⁊ prouiſione mea nō pōt mihi impera-
tor vel papa p ſuā conſtitutionē auferre. qḋ dic vt not. Inno.
2 in. c. que in eccleſiaꝝ. ⁊. c. cum omnes. de cōſtitu. ¶ Scḋo no. †
a quod papa[a] ſuper matrimonio nō cōſummato p carnalē copu
lam poteſt cōſtitutiōem facere: ⁊ ipſum diſſoluere. auctoritas
ergo illa quos deus cōiungit ⁊c. ītelligitur de cōiunctiōe anio
rum ⁊ corporum nō ſimpliciter animoꝝ de hoc. ſ. c. ex publico.
¶ Tertio nota ꝙ ſi vni ex cōtrahentib⁹ cōtra obligationē cō
tractam iuris beneficio ſubueniē: ſuccurrit ⁊ alteri cōtrahenti
ſecum vt etiā ipſe ſolutus intelligatur. facit. l. j. ⁊. ij. C. ſi aduer.
3 tranſac. ⁊ qḋ not. ꝫ. ti. j. ſtatuimus. ¶ Quarto not. † ꝙ fortior
eſt obligatio ⁊ vinculū matrimonij carnalis copula conſumma
ti ꝙ nō cōſummati. qꝛ illud diſſoluitur p ingreſſuꝫ. iſtud nō. ſꝫ
ergo amodo dicat ꝙ quo ad ſubſtātiā matrimonij coitus nihil
addit. xxvij. q. ij. ſufficiat. ff. de reg. iur. l. nuptias. addit tñ quo
ad quedā primo quo ad bigamiā. de biga. debitū. ſcḋo quo ad
ſignificatū de quo ibi habet. tertio quo ad impediēdū religio-
nis ingreſſum altero inuito vel ignorāte. quarto quo ad bonuꝫ
prolis: de vb. ſig. l. liberoꝝ. quinto qꝛ multis modis p ipm fir-
matur matrimoniū. j. de ſpō. tua. ſm hoſt. ⁊ ꝑpter iſtas ⁊ ſimi-
les duas poſſet dici qḋ iura ꝙ loquunt de nupta ſiue maritata
nō habeāt locū in deſpōſata. de quo ar. dic vt no. Cyn. in. l. nō ſi
ne. C. de ho. ꝙ li. ⁊ tetigi. ꝫ. de iureiur. ꝙadmodū ⁊. ſ. c. ex publi-
co. ¶ Sed hic incidēter querit cum multa liceāt añ carnalē co
pulam: ꝙ nō liceāt poſt vt vitare bigamiā. ingredi religionem
4 firmare mrīmoniū multis modis: vt dixi. queritur † ſi marit⁹
violēter extorquet carnalē copulā: vt ſic deſpōſatam carnaliter
cognoſcendo priuet dictis cōmodis an ſibi pſit ꝙ ad iſta talis
copula violēter extorta videt ꝙ non. lx. diſt. ſi euāgelica vbi de
hoc in. j. gloſ. ⁊ hoc verū ſm Io. de deo. in ſpōſa de preſenti ſe-
cus ſi de futuro. Sꝫ Bar. brix. indiſtincte tꝫ ſiue in ſpōſa de pre
ſenti: ſiue de futuro ꝙ ingredi poterit ne delinquēs ſit melio-
ris cōditionis ⁊c. ⁊ formabit queſtionē in eo quia ad hoc vxoreꝫ
oppreſſerat ne religionē poſſet ingredi. hoſt. in ſumma. e. ti. §.
ſi. ver. qḋ ſi virgo. ⁊ cū eo cōcor. Ia. gui. concor. bart. brixi. ⁊ de
omniū iſtoꝝ motiuis vide in queſtione mercuriali. ſ. de reg. iu.
5 qui ꝫ ius h. vj. ¶ Querit gl. † nunqd p ingreſſuꝫ vnius ex con
trahentib⁹ in caſu huius. c. vinculū cōtractū: ⁊ ſic ſpōſalia tota
liter extinguanē. quidā ꝙ nō: ſꝫ remanet poſt talē ingreſſuꝫ. gl.
tenet ꝙ diſſoluat qḋ intelligūt quidā etiā ſi remanēs in ſeculo
non ꝫhat. ſꝫ aliqbus videt ꝙ tūc demū ſolutū erit cuꝫ ꝫctū fue
rit ſm ſiſt. ſ. de diuor. ꝙto. ſm Inn. ⁊ hoſt. tꝫ idē qḋ barto hic.

a ¶ Dō papa Adde tu la te videndū Io. de tur re cremata in. c. nō du bitū. xvij. q. ſecunda.

¶ Ponit queſtiones.

1 ¶ Mulier poteſt repetere virum ſuuꝫ religionē ingreſſum
Maritus ſimiliter vxorem.
2 Obligatio ſi non tenuit a principio non conualeſcit impedimē
to ceſſante.
3 Monachus repetitus qui vouit caſtitatem tenetur ipſam ob-
ſeruare cum habilitas ſuperuenit per obitum vxoris. Et quid
ſi cum alia contrahat poſt mortem vxoris. nu. 4.
5 Mulier ſi poſt ingreſſum viri vult intrare religionem: an ma
ritus q iā igreſſus ē forte penitēs: an poſſit exire: ⁊ ſe opponere

QVidam. Qui inuita vxore profeſſionem fe
cit ei repetenti fuit poſtea reſtitu
tus mortua vxore matrimonium contrahere non de
bet licet ad monaſteriū redire nō cogat cōis diuiſio.

1 ſecunda ibi.q̄ſtioni. ¶ Nota primo ꝙ muľr poteſt repetere vi
rum ſuum ſimiliter ecōuerſo maritus vxorē.de quo dic vt not.
2 ē.de reſti.ſpo.ex parte.ꝛ.c.ex cōq̄ſtione cū ſi. ¶ Scḋo no.ꝙ ꝙ
ſi oblatio nō tenuit a principio:non conualeſcit impedimento
ceſſante.vide concor.in regula non firmatur.de reg.iur.lib.vi.
per Dy.ſimiliter ecōuerſo obligatio q̄ fuit efficax a principio:
non reſcindiť lꝫ ſuperueniat caſus a quo nō poſſet incipere vt pa
tet in clerico poſt ꝓmotionē debilitato vel aliter īpedito.ē.de
cle.egro.ꝑ totum.ꝛ.l.plurib⁹.§.ꝛ ſi placeat.ff.de verb.obli.ꝛ.l.
3 poſt mortem.de adop. ¶ Tertio not.ꝙ ꝙ monachus q vouit
caſtitatē tenetur ipſam obſeruare cum habilitas ſuperuenit per
obitum vxoris.ꝛ collige qḋ contractus q̄n̄ꝙ claudicat:ꝛ de re
communi facta promiſſio valet quo ad promiſſorē:nō quo ad
ſociū.facit.C.cōia ꝑdi.l.ſi.ꝛ.l.ꝑfundū.de ſer.ru.pre. ¶ Quar
to nota ſcḋm apoſtolū.j.ad corint.vij.ꝙ vir non hꝫ poteſtatem
ſui corporis:ſed mulier.facit ad.q.no.xxix.q.vi.c.pe. ¶ Oppo
Opponit contrarium. nitur:dicatur hic qḋ ex eo qḋ promiſit nō exigere.nō pōt cōtra
here.ſed hec ratio nō videtur bona ꝙ beata maria virgo cōtra
propoſitum cōtraxit matrimoniū:ꝛ tenuit cōtractus.ſol.vt in
glo.ſi.que dicit qḋ illud ſibi licuit ex reuelatione diuina:cui cō
Ponit queſtiones. tradici nō poteſt.de maior.gaudemus. ¶ Sꝫ querit glo.ꝙ qḋ
4 ſi in caſu hu ius.c.contrahat cum alia poſt mortē vxoris glo.ti
tubādo loquitur.Sꝫ opi.tan.ꝙ teneat matrimoniū tenēt goſ.
ꝛ hoſ.ꝛ vin.ꝛ refert tan.ꝙ iſta fuit opi.Joā. gall.magiſtri ſui.
5 ¶ Secūdo queritur ꝙ pone poſt ingreſſum viri mulier vult in
trare religionem queritur an maritus qui iam ingreſſus eſt q
forte facti penitēs vult exire.poſſet vxori ſe opponere.quidam
diſtingunt.ꝙ aut eſt eductus de monaſterio ꝛ recōciliat⁹ vxori
ꝛ eo inuito non poterit vxor ingredi.aut nō eſt eductus nec re
reconciliatus:ꝛ poterit eo inuito vxor profiteri.ꝛ ſcḋꝫ Jo.an.
iſta diſtinctio hꝫ in ſe equitatē:lꝫ Inno.plus placeat.ꝙ etiam
ante reconciliationem ipſo inuito non poſſit intrare:cum non
tenuerit ipſius ingreſſus.p.c.qḋ deo.xxxiij.q.v.contradictio
ergo vxoris volētis tranſire non impedit exitū ꝛ egreſſum viri
quod eſt verum:q̄ñ marito exitus concurrit cū voluntate vxo
ris profiteri volentis.Si aūt vxor poſt ingreſſum viri etiā eo
ignorante profitetur.videtur mariti ꝓfeſſio confirmari.ar.ff.
de ſerui.ru.pre.per fundū.nam cōfirmaretur ꝑ obitū mulieris
ſecundū Inno.qui dicit ſi maritus nō eſt eductus de monaſte
rio mortua vxore ſaltē ꝑ momentum in monaſterium moram
trahat eius votum fit ſolēne:etiam ſi mortē vxoris ignorauit.
ar.j.c.cōſuluit vbi ſentit cōtrarium.Sed diſtingue.ꝙ cum ta
liter expreſſe contradixerit ꝑ mortē eius non confirmatur viri
ingreſſus.aut nō contradixit:ſed ſimulauit:vel conſenſit:ſꝫ nō
vouit ꝛ tunc confirmatur ingreſſus:ſi ibi apprehenditur ꝑ mo
mentum poſt mortem vxoris ꝛ ita not.Jo.an.in.d.c.conſuluit
vbi etiam de hoc dicā.ſubdit etiam circa hoc Inno.ꝙ ſi ambo
coniuges ignorantes vel ſcientes alterum viuere ingreſſi ſunt
monaſterium ꝙ amborum votū videtur ratificatū:ꝛ ſolēniza
tum.per ingreſſum vltimi ingredientis ad hec dicta.l.per fun
dum preal leg.Egreſſio ergo facit ne ad monaſteriū redire co
gatur qui exiuit licet ꝑ obitum alterius ſit ſublatum impedi
mentum:ꝛ erit efficax matrimonium ſecūdo loco cōtractū:cō
tra votum profitētis:qḋ nō tenuit.ſecus eſſet in eo qui viuente
vxore promotus eſt ad ſacros.nam ea mortua non valebit ma
trimonium cum ſecunda cōtractū.vt dicā.j.c.placet.poſt Jo.
and.qui hoc ex varietate plurium.c.elicit quedā mēbra.videli
cet ꝙ q̄n̄ꝙ vnus coniugatoꝝ ingrediť alio renitente.quādoꝙ
eo ignorante.q̄n̄ꝙ eo licentiam dante ſed nō vouente:ſed reli
gionē nō intrante:ꝛ quid iuris in vno quoꝙ mēbro remittit.

1 ¶ Periti in iure non debēt ipſa iura ignorare.
2 Coniugatorum vnus non poteſt profiteri alius in ſeculo rema
nere:ſi ille qui remanet eſt ſuſpectus.
3 Adulter propter cuius adulterium vxor ingreſſa eſt monaſte
rium an poſſit aliam in vxorem ducere.
4 Mors ciuilis non equiparatur naturali niſi in caſibus expreſ
ſis in iure.
5 Coniux ſemper qui remanſit in ſeculo caſtitatem promittēdo
mortuo ingrediente ſi cōtrahit matrimonium an teneat.

Cum ſis preditus.

Maritus reli
giones nō pōt
igredi niſi ꝛ vxor ingrediatur:vbi vxor eſſet nō ſuſ
pecta ꝛ continentiam promitteret.h.d.cōis diuiſio
ſecunda ibi inde eſt vbi ex genere ꝓuiſſo infert ſpeciē. ¶ Pri
¶ In latā culpā.Nec excuſātur 1 mo not.ꝙ qḋ periti in iure non debēt ipſa ignorare.ꝛ in ipſis
a talis ignorantia cadit in latam culpam [a] quandoꝙ in leuem.
a quandoꝙ in nullā.vt digi.ē.de depo.c.bona fides.facit.l.ij.ff.
quod quiſꝙ iuris.ꝛ iſtos ignorantes redarguit iuriſcōſultus dolo ꝓpter
in.l.ij.§.ſeruus.ff.de origi.iuris ibi turpe eſt nobili ꝛ patricio īperitiā.l.ij
ignorare iura in quibus verſatur.ꝛ.l.domicius.de teſtamētis ff.qḋ quiſꝙ
Turpius autem eſt epiſcopo canones ignorare.de temp.or. iu.ꝛ ibi do.
2 c.vel non eſt cōpos. ¶ Secundo nota.ꝙ non poteſt vnus cōiu Alex.in.l.ſi
gatorum profiteri alius in ſeculo remanere.qḋ intellige ſi ille gs id quod
qui remanet eſt ſuſpectus.vt in fine.c.hoc tamē fallit ſcḋm In de iu.omni
no.quando propter alterius adulterium lata eſt ſententia di iu.Idē Ale
uortij:tunc enim non adulter pōt monaſteriū ingredi.xxiij.q. poſt Ange.
3 ij.agathoſa.Sed tunc queritur.ꝙ an adulter poterit accipere in.l.qḋ ner
illam amicam ſuam vel aliam in vxorē.videtur ꝙ ſic quia per uadepoſiti.
ingreſſum ꝛ profeſſionē ſue vxoris ipſe eſt ſolutus a lege eius
cum mundo mortua cenſeatur.vt.c.placuit.xvi.q.j.Sed dic cō
tra ꝙ dum illa viuit non poterit aliā accipere.ꝙ remanēt con
iuges etiam ſeparati.j.de diuor.c.ij.ſed ea mortua poterit cū
alia contrahere qui remanſit in ſeculo in predicto caſu.j.de ſe
cun.nup.Sed cōtra iſtam deciſionē oppo.ꝛ videtur.ꝙ nō de Ponit queſtiones.
beamus expectare mortē naturalē huius profitētis:ſed ſuffici
at ciuilis que inducitur ꝑ ingreſſum.vt digi.quia mors ciuilis
equiparatur naturali.vt.l.deo nobis.C.de epi.ꝛ cle.ff.de do
na.inter vi.ꝛ vxo.ſed ſi mors.de ſup.negli.pre.ſi eps.li.vi.ꝛ ma
xime videtur bona iſta equiparatio in caſu noſtro:in quo ex
pectatio mortis naturalis nō pōt aliqḋ addere ad ciuilē indu
ctam per ingreſſum religionis.vnde cum eundem effectū im
portet mors ciuilis quem importat naturalis.fruſtra iſtū euē
tum expectamus.ingta theodoram dy.in.l.ex ea pte.§.inſulam.
4 de verb.ob.ſo.dic ꝙ ꝙ mors ciuilis nō equiparatur naturali:
niſi in caſibus expreſſe in iure.vt no.Jo.and.in.d.c.ſuſceptum.
de reſcrip.li.vi.nam iura naturalia efficaciora ſunt ciuilibus vt
inſti.de iure na.gen.ꝛ ciui.§.ſed naturalia.ꝑ mortē eñ natura
lem ſoluitur lex coniugij:nō per ciuilem.vij.q.j.ſicut in aut.de
nup.§.diſponat.colla.iij.ꝛ de iſta materia an mors ciuilis equi
paretur naturali:refert hic Jo.an.diſtinctionē Dy in.d.§.in
ſulam.ꝛ pe.de bel.in dicta.l.deo nobis.Ego remitto te ad no.
per moderniores in dicta.l.gallus.per Bart.ꝛ Baldum.ꝛ te
tigi.ē.de teſtamētis.in rubrica vbi poſui.q.de teſtamēto an cō
firmatur morte ciuili ſicut naturali.ꝛ vtrum illa cōditio ſi dece
ſerit ꝛc.appoſita in contractib⁹ vel vltimis volūtatibus verifi
cetur per mortē ciuilem.de hoc etiā per arch.in dicto.c.ſuſce
5 ptum. ¶ Querit Jo.and.ꝙ dicitur hic.ꝙ ſenes ꝛ ſteriles reli
quo profitēte pōt remanere in ſeculo promittēdo caſtitatē.qḋ
ergo ſi mortuo profitēte iſta veniat cōtra promiſſionem matri
monium cum alio contrahēdo:an teneat matrimoniū.videtur
ꝙ ſic.ꝙ nullum votum vel promiſſio cōtinētie dirimit matri
monium poſt cōtractum:niſi ſit ſolēnizatum ſacri ordinis ſuſ
ceptione vel profeſſione.vt.j.de vo.c.j.lib.vi.Cōtrarium deter
minat hic Jo.and.non ob.c.j.de vo.ꝙ ibi non reperitur ſolē
nizatum votum remanētis in ſeculo vllo modo:hic vero ſolē
nizatur votū huius remanētis per profeſſionē alterius ingre
dientis.ꝙ vir ꝛ vxor cōicant ſibi actiōes.xxx.q.iiij.ſi quis vnus
ſimiliter dicimus in vxore ordinati vt eo mortuo nō teneat ma
trimonium [illegible] ea cōtractū:poſtꝙ continentiā promiſit.xxxij.
di.ſeriatim [illegible] hāc opi.tenēt goſ.ꝛ Ho.alij tamen dicunt quod
non [illegible] voto:ſed ex cōſtitutione eccleſie diſſoluitur tale matri
monium ſuper quo vide quod not.xxviij.diſt.ſi ſe.

1 ¶ Coniugatus non pōt promoueri ad ſacros:niſi vxor vo
ueat cōtinentiam.
2 Coniugatus an poſſit promoueri ad minores ordines ꝙ non
3. Vxor cōiugati qui vult ordinari ad ſacros debet virum abſol
uere:ꝛ promittere cōtinentiam.

Coniugatus.

1 Nota ꝙ ꝙ cōiugat⁹ non
poteſt promoueri ad ſa
cros:vbi vxor voueat cōtinentiam ad quod hic dici
tur in coniugato:intellige idē in ſpōſa de preſenti.ꝙ
ſponſus non pōt ordinari.ſi autem ordinetur ad ſacros an ſint
ſoluta ſponſalia:ſicut ſoluuntur per ingreſſum.vt.j.c.ex publico
dic vt no.j.eodem.c.j.lib.vi.ꝛ.j.c.ex parte.ij. ¶ Querit gloſſ.j.
hic prohibet coniugatum promoueri ad ſacros ꝙ ſed an pote
rit promoueri ad minores ordines.arguit ꝙ ſic:ꝛ determinat Ponit queſtiones.
ꝙ non poſſit etiam ad minores promoueri Non ob.iſte tex.ꝙ
ſacer ordo ſumitur hic large.de quo.xxxij.diſtinc.in ſumma.ꝛ
pro opi.gloſ.facit.c.nullus.de tempo.ordi.lib.vi.patet quod
tunc promoueri poteſt ad minores:quando vult ad ſacros aſ
cēdere.an autē continentia exigi debeat a coniugato:qui pro
mouetur ad minores no.xxvij.diſt.epiſcopus hādictus.ꝛ te
3 net hic Joan.and.qḋ ſic. ¶ Secundo querit gl.dicitur hic ꝙ ꝙ
vxor cōiugati qui vult ordinari ad ſacros dꝫ virum abſoluere
ꝛ promittere.

et promittere continentiã.ſed nunquid hoc nõ ſufficiat abſq;
ingreſſu religiõis. videtur q nõ.quia in profeſſione alterius
coniugatoꝝ dicimus alterũ profiteri debere:ꝛ ingredi opoꝛ
tet.vt ſupra.c.proximo.per quod.c.dicunt quidã q idem in
volente ordinari quod in volente profiteri. Alij dicunt q in
ordinando ad ſacros eſt illud ſpeciale: vꝫ q ſufficiat vxorem
eius promittere continentiam:ꝛ iſtud eſt in his qui cõuertun
tur.vt in.c.ſupra pximo.ꝛ hoc placet Joan.xxviij.diſtin.quia
ſunt.ꝛ per iſtud.c.addit Abbas rationẽ.quia vir tenetur vxo
ri hoc caſu in neceſſarijs puidere.xxxi.diſtinc.omnino.ad qđ
nõ tenetur ſi religionem profitetur. Item tenetur illã corrige
re.de iureiuran.quemadmodũ.in fine.ſed Tancredus ꝛ Hoꝛ
ſtienſis tenẽt q vxor ordinandi ſi iuuenis eſt neceſſe habet re
ligionẽ intrare.ꝛ mouet Hoſtien.quia ſi marito religionẽ in
trante ipſa tenetur ingredi:multo fortius cum ſe fecerit ordiꝛ
nari:quia magis ſuſpectus eſt ordinatus ꝙ profeſſus.qꝛ ille
facilius poteſt ad ipſam accedere:ꝛ accedens forſitan nõ habe
bit repulſam.de filijs presbyꝝ.literas.de cohabita.cler.c.j.ꝛ.c.
clericos. Joan.andre.ſatis eq̃ videtur diſtinguendũ an mu
lier ſit iuuenis ꝛ ſuſpecta:an iuuenis ſed non ſuſpecta. primo
caſu ſemper cõpellitur.ſecundo ſi eſt vxor pfitendi etiam com
pellatur propter rationem de qua infra codẽ.ad apoſtolicã.ꝛ
c.ſignificauit. Si vxor eſt ordinãdi ſufficit q voueat: ſaluo q
de ep̃i vxore dicitur.j.c.pxi.

1 ❧ Vxoratus in ep̃m pmoueri nõ põt:niſi vxor eius religio
nẽ ingrediatur. Et qđ ſi ſit vetula.nu 2.
2 Vxoratus ſi electus eſt in cardinalem an eius vxor debeat in
gredi monaſterium.

1 Anc. † Vxoratus in epiſcopum promoue
ri nõ poteſt niſi vxor eius religionem
profiteatur.cõmunis diuiſio.ſecunda ibi:frater
Ponit queſtiones. 2 nitati. ❡ Querit gloſ.fina. † Vtrum illud ſit ve
rum q de vxore ordinandi in epiſcopum dicitur
ſi vxor eius ſit vetula.vt neceſſe habeat ingredi.videtur q in
vetula ſufficiat votum caſtitatis. ſicut dicitur de vxore ſterili
profitendi.ſupra eodem.cum ſis.gloſ.tenet contrariũ.ꝛ q ſpe
ciale ſit in vxore pmouendi in epiſcopũ.vt omnino vxor eius
etiam vetula debeat profiteri:ꝛ ingredi religionẽ. Ratio aũt
ſpecialitatis nõ tam propter excellentiã dignitatis ꝙ ꝓpter
imminentiã periculi euitandi forſitan cũ nimis viſitaret epiꝛ
ſcopum eius vxor:ſi remaneret in ſeculo.ꝛ alijs mulieribus ſo
ciata ꝓ multis intercederet contra iuſtitiã ꝓ dilatione paren
tum ꝛ ſimilia contingere poſſent:que ſunt precauenda.de ſer
uis nõ ord.c.j.ꝛ infert iſta ratio idem eſſe ſi primo quis religio
nem ingreſſus vxore ſene in ſeculo remanente ꝛ caſtitatem ꝓꝛ
mittente poſtea ex interuallo in epiſcopum pmoueri contin
gat nõ eũ poterit niſi vxor illa ingrediatur:vt ſic ex noua cau
ſa augeatur eius oblatio iam contracta. ❡ Circa predicta que
3 rit Joan.andre. † Quid de vxore cardinalis.dicit q ſi eſt epiꝛ
ſcopus habet locum illud.c.ſi promouendus in cardinalẽ nõ
eſt epiſcopus:papa qui ſolus pmouet cardinales ipſe proniꝛ
deat:ꝛ rationibus predictis honeſtiꝫ eſſe idem ſeruari:qđ de
epis.ꝛ ſic dicit Joã.an.tpe ſuo factum fuiſſe.

1 ❧ Sponſus põt petere ſponſam ſuam vt cogatur ſibi exhi
bere maritalem affectum.
2 Delegatus pape põt excõicare poſt ſententiam.
3 Probatio oĩs vincitur ſi aſpectus contrariũ teſtificatur.
4 Terminus duorum menſiũ ſtatuitur ad ingreſſum: vt ingre
diatur ꝛ profiteatur:aut cum ſponſo redeat.an iſte terminus
poſſit per iudicem arctari vel abbreuiari.nu.9.
5 Dilationẽ qui conſequitur a iure debet idonee cauere.
6 Jus diuerſum ſtatuitur in matrimonio conſummato ꝑ copu
lam carnalem:ꝛ aliud in nõ cõſummato.
7 Statuto cauetur q vxore premortua maritus lucretur certã
partem dotis.quidam deſponſauit vnã per verba de pñti: et
ſoluta dote ante carnalem copulam ſponſa deceſſit:an ſponꝛ
ſus lucrabitur illam dotem.
8 Excõmunicatus pro manifeſta offenſa in ſpiritualibus abſol
uitur cum cautione.
10 Sponſus ingreſſus religionẽ ſi intra terminũ nõ fecit ꝓfeſſio
nem:an poſſit eam poſtea facere contradicente ſponſa.
11 Papa an poſſit diſpenſare q viuẽte ſponſa de pñti nõ cogniꝛ
ta ſponſus poſſit cum alia contrahere.
12 Teſtator reliquit vxorẽ ſuã vſufructuariã oĩm bonoꝝ ſuorum
donec honeſte ꝛ iuſte vixerit:ꝛ vidualem vitã ſeruauerit:vxor
obtulit ſe cuidam monaſterio:ꝛ aſſumpſit velum religionis:
an dicatur vidualiter viuere.

Ex publico. Sponſa de preſenti nõ coꝛ
gnita que dicit ſe religionẽ
ingredi velle:cõpellitur infra certum tempus reꝛ
ligionẽ profiteri:vel adherere marito.primo nar
rat factum.ſcđa ibi:ceterũ.mulieri petenti dat iu
1 dicem.tertio ſoluit obſtaculũ.ibi:ſane. ❡ No.primo † q ſpon
ſus põt petere ſponſam ſuam vt cogatur ſibi exhibere mariꝛ
talem affectũ:ꝛ an poſſeſſoriũ competat inter ſponſos. dic vt
ſ.de reſti.ſpo.c.ex parte.ꝛ eſt hoc vtile ſcire: quia qñq; ſponſi
vel ſponſe ſe inuicem petunt quod poſſunt agendo petitorie
ſine dubio.vt in iſto.c.cum ſi.niſi eſſent ſponſalia imperfecta
ratione etatis reſpectu carnalis copule: quo caſu nõ videtur
q ſponſus poſſit puellam deſponſatã petere penes eum moꝛ
rari:nec lucrũ dotis conſequi:vel fructuũ quos lucrat matriꝛ
monio cõſummato.qđ dic vt not.in.l.ſi ante.ff.ſolu. matr.ꝛ.l.
an in patrẽ.ff.qđ fal.tu.an.quid aũt iuris ſit ſi ſponſus ſponꝛ
ſam nõ per iudicem petat:ſed violenter capiat.videt q priue
tur iure ſuo.per.l.ſi quis in tantã.C.vñ vi.vide circa hoc quod
not.xxvij.q.ij.§.ex his.ꝛ.l.deo nobis.de epiſco.ꝛ cle. ❡ Secũ
2 do not. † q poſt ſententiam põt delegatus pape excõicare.de
quo.ſ.de offi.deleg.querenti.nõ tñ ex tex.colligitur q iſte epi
ſcopus veronẽ fuerit delegatus pape. ❡ Tertio no.q poſt
ſententiã iſta mulier excepit: q volebat ingredi.ꝛ ſic exceptio
nem peremptoriã opponebat poſt ſniam qđ nõ videtur perꝛ
miſſuꝫ.vt.C.ſniam re.nõ poſ.l.perẽptorias. Sed dic q iſta ex
ceptio nõ impugnat ſniam tanꝙ male latam:ſed quadã facul
tate a iure cõceſſam condẽnato reſeruat.ſcꝫ poteſtatem ingre
diendi:ſicut qñ vnum eſt in obligatione ꝛ aliud in ſolutiõe ex
diſpoſitione iuris põt illud ſolui poſt ſniam etiã ſi de tali bene
ficio nulla fiat mentio in ſententia. vt.l.miles.§.penul.ff.de re
iudic.ꝛ.l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio.ff.ſolu.matri.ꝛ tetigi.ſ.de
emp.ꝛ vendi.cũ dilecti. ❡ Quarto no.q iſta mulier dicebat ſe
incognitã ꝛ tñ acceſſerat ad domũ viri.vt pꝫ in verbo rediẽs
Vtrum ergo ſibi ſit credendũ.dic q aut per aſpectũ corporis
3 apparet de integritate:ꝛ ei ſtandũ eſt. † qꝛ oĩs ꝓbatio vincitur
ſi aſpectus contrariũ teſtificatur.xxv.q.ꝛ.c.qđ aũt interrogaꝛ
ſti.aut nõ apparet.qꝛ erat quedã vidua:ꝛ tunc aut transducta
ad domũ viri:ꝛ preſumitur cognita.aut nõ erat transducta:et
nõ preſumitur.xxvij.q.ij.princi.ꝛ qđ not.de deſpõ.impu.cõ
4 tinebatur. ❡ Quinto not. † q ſtatuitur terminus duoꝝ menꝛ
ſium ad ingreſſum:quẽ accipe cum effectu: ſcꝫ vt ingrediatur
ꝛ pfiteatur.nam ꝑ ſimplicẽ ingreſſum nõ eſſet ſponſo plene cõ
ſultum:qui forſan iuuenis eſt:nec põt diutius expectare.ꝛ hec
cauſa forte mouet papã ad reſtrictionẽ anni qui datur ad pro
5 bandum ritu.j.ad apoſtolicã. ❡ Sexto no. † q ille qui conſeꝛ
quit dilationẽ a iure debet idonee cauere.de quo in.l.quoties
C.de preci.imper.offe.facit.l.ſi cum militi.§.ſi.de compen.ꝛ.l.
in oĩbus.de iudi. ❡ Septimo not.q ſolutis ſpõſalibus ex iu
ris diſpoſitione vterq; debet reſtituere alteri quod accepit nõ
habet ergo locũ pena arrarũ de qua in.c.gemma.de ſponſa.ꝛ
C.de ſponſa.l.ſi.an aũt dotis habeat iſte qui recepit dotẽ daꝛ
tam.dic vt.l.dabimus.ꝛ.l.ſeq.ff.de priuile.credi.qñ aũt ſoluũ
tur ſponſalia q pnunciatur nulla rõne parentele: vel alia: an
poſſit repeti dos data dicto caſu.dic vt no.in.l.ꝛ ſi contra.C.
6 de inceſ.nup.ꝛ inſti.de nup. ❡ Octauo no.in ver.ſane. † q diꝛ
uerſum ius ſtatuitur in matrimonio ꝯſummato ꝑ copulã car
nalem ꝛ aliud in nõ ꝯſummato. Cuius gratia incidens quero.
7 † per italiam cõiter ſunt ſtatuta q vxore premortua marit⁹ lu
cretur certã partem dotis: modo pone q quidã deſponſauit
vnã per verba de preſenti:ꝛ ſoluta dote ante carnalẽ copulam
ſponſa deceſſit:an ſponſus lucrabitur illã partẽ. videt q non:
per rõnem predictã. Item plures ſunt differentie inter mariꝛ
tum ꝛ ſponſum:vt dixi.ſ.eo.c.ij.preceptor meus tenet contra
rium in.l.deo nobis.de epi.ꝛ cler.ſi aũt nõ moritur ſed religio
nem ingreditur.tex.iſte facit q nihil lucrabitur:quaſi ſtatutũ
debeat intelligi de morte naturali nõ ciuili vt dictũ eſt.ſ.codẽ a
cum ſis.facit ꝛ de iſta qõne vide p Cy.in.l.nõ ſine.C.de bo.que
a lib.ᵃ ❡ Nono no.q iſta erat excõicata.qꝛ non paruerat ſnie.ꝛ
ſic ꝓ manifeſta offenſa.ꝛ tñ mãdatur abſolui preſtita cautiõe
8 contra.c.ex parte.de verb.ſig.So.dicit Abb. † q excõicatus
ꝓ manifeſta offenſa in ſpiritualibus abſoluitur cuꝫ cautione.
de quo per Jo.an.ſ.de preben.ꝑ illoꝝ.ſuper glo.penl. ❡ De
cimo not.in ver.ſane.q papa interpretatur euangeliũ: quo caꝛ
uetur nõ licere vir oꝛ.de quo Matth.v.ſtandũ eſt ergo inter
pretatiõi ſacri eloquij.ſ.pape.vt dei cuius vice in terris fungi
tur.xix.diſt.per totũ. Ad ep̃m eñ recurritur in dubijs ad quẽ
ſpectat interpretatio.j.qui filij ſint leg.ꝑ venerabilẽ.§.rõnib⁹

a ❡ De bo.q lib.adde tu etiã p Salice.de doñ.añ nup.l.caſ in te.

Ponit queſtiones. ſm Hoſt. ¶ Querit gloſ. pe. † Utrū iſte terminus duoꝝ men
9 ſium ſit adeo preciſe ſeruandus: ꝙ nō poſſit per iudicē arctari
vel prorogari. tenet gloſ. ꝙ poſſit ex cauſa arctari ⁊ proroga-
ri. idem tenet Inn. nam papa ex cauſa limitat hoc tēpus an-
nale ad ꝓbationem: quia carnis ſtimulis nō pōt vir reſiſtere:
mutare tñ iſtum terminū nō debet iudex: ſine magna ⁊ vrgen
ti cauſa. vt. l. iiij. §. ſi quis. ff. de iudi. ⁊ vide omnino quod not.
10 Barto. in. l. j. ff. de iure deli. ¶ Secūdo quero † Nunquid ſi in
tra terminū nō fecit ꝓfeſſionē poſſit facere eam poſtea: cōtra
dicente ſponſo. tenet glo. ꝙ ſic. ꝓ qua facit. j. de preben. c. ſi ti-
bi abſenti. lib. vj. ⁊ in hoc oēs ꝯcordant ſm Jo. and. ⁊ aduerte
ꝙ tex. iſte loquitur cū ſponſus petebat ſponſam ꝯtradicēdo
ingreſſum: quo caſu annalis dilatio coarctatur ad duos men
ſes. vt hic. Si aūt ſponſus cōmiſiſſet ingreſſui tunc ſponſa ha
bet ꝓbationis annum: poſtꝙ intelligitur ꝓfeſſa. s. tit. j. ſtatui
mus. ſed nō poſt iſtum terminū duoꝝ menſiū. qḋ eſt verum: ſi
infra terminum nō eſt ingreſſa monaſteriū. ſed ſi eſt ingreſſa ⁊
tacuit vſq; ad finē termini nō abſurdum eſſet dicere: ꝙ lapſu
duorū menſiū inducit tacitam ꝓfeſſionem: quaſi ꝑ aſſumptio
nem habitus cū perſeuerantia profeſſio inducatur: ſicut per
lapſum anni. vt ſic dilatio ex cauſa limitata eundē ꝓducat effe
ctum. que dilatio integra. vt ar. l. ſiue pars. C. de dila. ¶ Ter
11 tio quero † Quidam princeps petebat ab Innocētio papa vt
viuente ſponſa de preſenti non cognita diſpenſaret ꝙ poſſet
cum alia contrahere. queritur vtrū poſſit. glo. ſi. tenet ꝙ licet
matrimoniū ꝯſummatū carnali copula papa nō poſſit diſſol
uere: tñ nō ꝯſummatū diſſoluere pōt. ratio eſt vt dicit: quia nō
ꝯſummatū ſortitur naturā ex conſtitutione eccleſie: ſed ꝯſum
matū ex conſtitutione diuina ⁊ euangelica. hanc rōnem impu
gnat Hoſti. nam ſm eū etiam circa matrimoniū ꝯſummatū
eccleſia facit ſuas conſtitutiōes. de di. gaudemus. ⁊ c. quanto.
⁊ ante incarnationē Chriſti matrimoniū erat verū ſacramen-
tum. ⁊ tunc cōſummabatur ꝑ copulam ſicut hodie. quō ergo
potuit ſortiri formā ex ꝯſtitutione eccleſie: que tunc non erat.
prius eñ perſona ꝙ ratio ⁊ c. de iure co. quidā. immo videtur
potius eccleſiam firmari ꝑ matrimoniū ꝙ econuerſo ꝑ ſigni
ficata de quibus de biga. debitū. dicit ergo Hoſt. ꝙ nō matri
moniū ſed ratificatio matrimoīj firmatur ꝯſtitutione eccleſie
ꝓpter virtutē baptiſmi: quā virtutē ratificatiōis que eſt ꝙ al
ter altero viuente nō poſſit ꝯtrahere: pōt papa tollere: vel cir
ca ipſam in aliquibus diſpenſare. vt ſal. c. quāto. ꝯſummatio
vero ꝓcedit de iure naturali. inſti. de iure natu. in prin. ⁊ conſi
ſtit in facto. ꝙ ex quo factū eſt nequit nō fuiſſe. ff. de cap. l. in
bello. §. fina. ⁊ l. j. C. de rap. virg. vbi caſtitas corrupta reſtitui
nō poteſt. dicit etiā nō improbabiliter dici poſſe ꝙ cum circa
impedimenta matrimonij reſtringenda ⁊ laxanda poteſtatē
habeat eccleſia. j. de ꝯſan. ⁊ affi. nō debet ſtatuere potuit quod
hic dicit. ⁊ de vnius ꝓfeſſione ⁊ de alīs cōtractu. ⁊ ſi queras:
vñ venit tanta ptās eccleſie remittit ad not. de tranſla. c. j. ij. ⁊
iij. nam etiam de ptāte ordinata circa matrimoniū nō cōſum-
matū facere ꝯſtitutiōes ⁊ ſit ratio que habetur. xxvij. q. ij. qua
ꝓpter. qꝛ cū illud deſignetur charitas que eſt inter deum ⁊ in
ſtam animā. de biga. debitū. nil abſurdū ſi talis poſſit religio
nem intrare: ꝑ quā illud ſignificatū nō minuitur: ſed potꝰ au
getur. nec violat votū qui cōmutat in melius. j. de voto. ſcri-
pture. ad qḋ deſignandū Uirgo glorioſa licet fuerit vera ſpō
ſa Joſeph: vero deo matrimonialiter iuncta fuit. xxvij. q. ij. c.
beata Maria. ⁊ §. cū ergo. vnde circa nō cōſummatū pōt ſta-
tuere eccleſia quicqḋ placet: dum tñ ſubſit cauſa iuſta ⁊ hoc
vult finis huius. c. In matrimonio vero ꝯſummato fieri non
pōt: quia ꝑ ipm repreſentet ꝯformitas carnis inter Chriſtū ⁊
eccleſiā. vt dicto. c. debitū. que nullatenus rumpi pōt. nā ſi per
religionē iſtud rumpi poſſet: eſſet conformitatis violatio ſm
Hoſti. qui hoc plenius ꝓſequitur in ſumma co. titu. §. ſi. v. ſed
quare magis. ⁊ de hoc etiā per Archi. in dicto. c. quapropter.
vbi tenet idē qḋ glo. hic. ¶ Quarto vltra docto. quero de tali
12 queſtione. † Quidā reliquit vxorem in vſufructuariā oim bo-
norum ſuoꝝ donec honeſte ⁊ iuſte vixerit: et vidualem vitam
ſeruauerit. ergo iſta domina obtulit ſe cuidā monaſterio ⁊ aſ-
ſumpſit velum religionis: quero vtrum dicatur vidualiter vi
uere. certū eſt eñ ꝙ viuit caſte ⁊ honeſte: ſed nō vidualiter. qꝛ
dicitur ſponſa Chriſti. ⁊ mortua mundo. xvj. q. j. placuit. con-
trariū determinat doc. meus. ſcꝫ ꝙ habere debeat ſicut prius
vt. l. deo nobis. ad ſi. C. de epi. ⁊ cleri. vbi diſtinguit de triplici
caſtitate. facit. xliij. diſt. vidua. ⁊ ibi ꝑ Archi.

1 ¶ Legatū ſi factū fuerit vxori donec vidua ſteterit: ſi ſtat vi
dua ⁊ incōtinenter viuit perdit legatum.
2 Coniugatoꝝ alter pōt in ſeculo remanere alio tranſeunte ad
religionem ſi nō eſt preſumptio incontinentie.
3 Filius natus ex ingreſſo religionem ⁊ vxore dimiſſa in ſeculo
poſt ꝓmiſſam ꝯtinentiā: an cenſeatur legitimus.
4 Promiſſio continentie ab vxore que remanet in ſeculo quali-
ter debeat recipi.
